

# ÆNIGMATA JONÆ

Ex vetusto hebraicorum  
fontium stylo

Et profundis ultimæ antiquitatis  
recessibus,

In secularem Reuchlini, Erasmi, & Melanchthonis  
memoriam,

Qui A. M. D. XIX. pro veteris & novi testamenti fontibus  
illustrandis primi magna contentione  
laborarunt,

A. M. DCC. XIX. mense Junio

*In Academia Julia*

publica recensione tentata

*Ab*

**HERMANNO von der Gardt/**

Academiæ Juliæ Seniore


& Præpos. Mariæb.

*Helmstadi,*

Typis SALOMONIS SCHNORRII.

A. MDCCXIX.

SACRO  
ET RELIGIOSO  
WOLFFENBUTTELENSIS  
ECCLESIAE  
ORDINI VNIVERSO  
VENERABILI COLLEGIO  
FONTIVM SACRORUM PERITO  
REMOTÆ ANTIQVITATIS  
CONSCIO  
FIDO JONÆ PECTORI  
MEDVLLITVS DVLCI JONÆ GENIO  
BLANDO JONÆ SANGVINI.



## Veritatis luci.

**I**N memoriam humanitatis, blando vultu & læto ore A. 1517. affurgentis, novissima Jubilæi celebritate A. 1717. *vetusta Moysi volumina* publica recensione pertexuimus, imposito sine superiori anno 1718. *mensè Junio*. Post alios dein antiquitatis Judaicæ recessus, in quos difficili aspera que via introspicere contigit, vel mari Sirbonis findendo, *Jonam* prophetarum primum, tertio jam a laudata humanitate redintegrata seculo, serena bonarum literarum fortuna inchoato, ex hebraicorum pariter fontium sententia, pro Academiarum luce & jure, pari industria *hodie, mensè Junio*, publice recensuimus. Viam *Jona* pridem stravimus, itinera ejus pertentando, ut Joppen cum illo attingeremus, Sardes salutaturi, *versione græca & latina*, mensè jam octobri superioris anni suppeditata, pro nativa orationis indole ex genio linguæ. Quod porro a communi interpretum opinione, quam bona fide & pia mente a præeuntibus acceperant, tantum non cum Jona sopiti, antiquitate consulta & suadente, benigna illorum indulgentia nonnihil esset discedendum & ad penitiora divertendum, pectore Jonæ intimius inspecto, mensè novembri præire jussuramus primas tenuiculas frontis & pectoris Jonæ lineas, *Jonam in carcharia & sub siliçypro*. Posthæc, nuper mensè Aprili, *de Jona rebus programmata*, historie & miraculorum Jonæ integritatem ex solidis suis fundamentis curate demonstrare særegimus. Jonam ergo cominus jam tandem, integro a Mose anno, in celebri auditorio contemplaturi, præfando, de *Israëliitarum idololatria*, ex *remotis suis originibus illustranda*, toto mensè Majo multo studio differere contendimus. Pro symbolico in Jona dicendi genere magis dilucidando, urentibus his diebus, pro animi refrigerio & delicio *intybum siveestru ex Elisa mensa*, & *bryoniam nigram ex Esaiæ viæna*, blanda disertatiuncula delibanda dedimus, Pro Jonæ quo-

que genere & ortu integrus cognoscendo, præcipuos Israëlitarum prophetas, *Eliam, Elisam, Jonam, Amos, Hoseam, Nachum, Galilæa* placido problemate *vindicare* allaboravimus. Deinceps *Symbola Jona* ordine suo exacte pertexturi, cujusvis partis argumenta in auditorii tabulis distincte præmonstravimus, ut inter differendum in oculis habere, posteaque repetere & memoria tenere possent, publico sermone libero servato, ut viva differendi contentio vires in auditorum animos habet non contemnendas. Absolvimus, deo annuente, hoc Junio mense, quod facere incumbibat, pro communi emolumento, literariis munusculis qualibet hora publice distributis. Proxima jam ad *Amosum via*,

Memoria triumvirorum, *Reuchlini, Erasmi, & Melanchthonis*, ex tertio hodie seculo universis nobis jure pergrata, qui A. 1519. suam quisque spartam pro publico commodo bonarum literarum usu ornavit strenue. *Reuchlinus* arduam pro fontium hebraicorum studio causam contra Hogstrati machinas hoc anno masculæ tueri perrexit. *Erasmus* Novum testamentum græcum, christianæ rei pectus, secundo nunc Basileæ multo ornatius resuscitavit. *Melanchthon*, fidus emendationis optimarumque literarum emergentium parastates, edendis & recensendis græcis Pauli epistolis occupatus, Lutheri A. 1519. Junio & Julio mensibus pro veritate Lipsiæ dicentis individuus comes extitit. Hi suo ævo in republica bonis literis ornanda id præstare conati, quod divini veteres viri cum Jona in re sacra reparanda sua ætate effecerunt. Horum proinde memoriam cum Jona quidni hodie recolamus, qui nec nostro deesse nepotes volumus officio, in tertium ab illis jam seculum remoti, inferiores ingenio, non seigniores studio, nec remissiores humanitatis servanda desiderio.

Quapropter, ut nostri & exteri meminerint ac intelligant, quæ apud nos & in his antiquæ candidæque doctrinæ generibus sit industria, & pro posterorum commodis sollicitudo, fas erit, *publica nostra vive in Jonam dictionis sententiam* compendio hic recensere. Non paravimus nec paramus commentarios, aliorum sententiis allegandis & cumulandis tempus atque auditores distrahendo, sed sensum mentemque, scopum & affectum scriptoris prominus ac demonstramus. En ergo *Jona* nostri *genium*, quem frequenti auditorio præsentem, perspicuis coloribus plana dictione his diebus effigiare annifi sumus. Hebraica abunde nota hic repetere supervacaneum.

Jona

❁ 5 ❁

## JONÆ CAP. I.

v.1. **V**erbum Dei factum ad Jonam. Pro stylo prophetarum non foris sed in visione hoc contigit, quod integro de rebus *Jona* programmata demonstratum. Quoniam omnes gentes de suis idolis & diis jactabant, quod saepe apparerent suis, ministris & sacerdotibus, quibus nonnulla indicarent, ut ex Herodoto & Diodoro Siculo præ aliis manifestum, præter innumeras poetarum scenas: Verum supremum Numen idem suo etiam populo, adhuc imbecilli, benignissime nonnunquam indulgit, in prophetis præsertim. Apparitiones tales apud gentes idololatria plena, apud Israëlitas pura, sine idolorum commercio. Imbecillitati hoc datum esset liquet ex eo, quod apud Moysen diserte pronuncietur: *In visionibus & per somnia loquitur quidem Deus cum aliis prophetis, sed non cum Moysè, cui sine illis mediis cuncta significat.* Omnis adeo legislatio Mosaica sine visionibus & somniis, præfagia futurorum apud Prophetas per visiones & somnia. Par hic ratio *Jona*, cui omnis illa prænunciatio factorum Israëlitis in visione contigit. Imbecillitas Petri, qui gentes ad communionem Evangelii admittere nollet, movit Deum, ut visione illum fleteret & ad consortium verbi gentes admittendas esse edoceret. Cum jejunasset, vidit velum cœlitus demitti in quo omnis generis immundæ pecudes. Jussusque illis vesci. Quod cum detrectaret in visione Petrus, tanquam a Judæorum doctrina alienum, qui immundis non vescerentur, jussus denuo divinitus illis vesci. Dein, cum ad se rediisset, audivit Cornelium per nuncios invitare Petrum, ut ad se veniret, verbumque Dei eloqueretur. Intellexit mox visionis scopum & Dei nutum, qui gentes æstimasset hæcenus, communi Judæorum affectu, pecudibus immundis pares quibuscum non esset conversandum, ex gentis Judaicæ sententia, jam non amplius gentes a Dei verbo esse arcendas, sed ad communionem admittendas, æque mundas ac Judæos. Quod & fecit.

Tales visiones inter Judæos illa ætate autoritatis maximæ: Quas nemo repudiaret aut damnaret, quibus cognitum, similes ferri aut ostentari apud omnes gentes, suo interim magno discrimine.

*Jonas* suam quidem hic sustinet personam, quem in visione affatus Deus, attamen per *Jonam* ceteri viri boni, vel & prophetæ alii,

alii, simul comprehensi, qui in persona Jonæ cum Jona moniti & instructi. Jonas pro ceteris & cum illis. Sed & Jonas alicubi sustinet personam totius populi Israel, alicubi etiam severiorum bonorum virorum, qui Samariam improbam vellent perdi. Generale apparitionis indicium, divinæ autoritatis, pro Jona ceterisque prophetis ad certa negotia excitandis.

v. 2. *Age, i ad urbem magnam Ninum.* Audita, accepta, aut cognita cuncta in visionis luce. Ninus aut Ninive hæc, quoad formam externam indicatur & nominatur, sed pro visionis scopo non nisi imago alterius urbis, puta Samariæ. *Ninive pro Samaria*, eleganti universo orbi recepta & grata metonymia. Quomodo in Apocalypsi res *Babelis* fuscè describitur, & post facinora ejus, exitum illius denunciatur, quando per scitam aptamque metonymiam *Babel verus*, dudum deleta, *imago Hierosolymæ*, cujus ob scelera panolethria esset propinqua. *Lapsus Babelis est lapsus Hierosolymæ* atque Judaicæ gentis exilium. Pro externa Ninives imagine, metonymia fundamentum est *similitudo morum*, cum ratione idololatriæ rum fordium, sub idolis inter gentes vulgariæ: Samariam æque scædatam esse utroque ac Niniven: Samariam alteram esse Niniven, ex morum paritate. Determinata est in effigie *Ninive*, quod *urbs* esset *magna*, ut distinguatur etiam nova hæc Ninive, a Nino Beli aut Arbelitæ filio condita, quæ ad Tigrim sita, a veteri Nino, quæ in Syria, fere ad Euphratem. De magnitudine Nini novæ Herodotus & Diodorus Siculus abunde. Magna urbs, magna peccata, magnumque supplicium. Comparatio Nini & Samariæ non respicit magnitudinem aut æqualitatem substantiæ utriusque, quasi Samaria æque magna fuisset, quod alienum, sed moribus esse æquales. *Ninive* vero placuit *pro Samariæ symbolo*, non alia urbs, quod Assyriacum imperium esset in tota Asia omnium illustrissimum. Hujus adeo metropolis Ninus adificitur pro illustri Samariæ effigie.

Mandatum in visione, *eundi* ad Ninivitas aut in illis ad Samaritanos, non motum corporis & iter externum imperat, sed moraliter, *negotium dicendi & scribendi in illos*. Animum conferret Jonas & qui illi pares ad Samaritanos, ad commonefaciendum illos; in illos tenderet mente spirituque, verbis & stylo.

*Nunciare* justus Jonas in visione urbi aut genti, *Niniviticæ*, Samaritanæ, non clamore externo sed scripto, quid immineret,  
more



❁ ❁ 7 ❁ ❁

more Prophetarum celebri, quorum sermones plerique scriptis confiterunt.

Argumentum sermonum, quos Jonas habere deberet, five scriptorum ad Ninivitas, Samaritanos: *Quod ascendisset malitia eorum ad Deum.* Intellexit Jonas cum bonis viris providentiæ divinæ nutum, necesse jam tandem esse, candide monere, ante quam exitio justa sumatur pœna. Jeroboamus II. fortunatior in regno Israël antecessoribus suis, restituerat omnia quæ majorum avo per Syros regno erant subtracta, potentior prioribus, sed & non minor superstitione ac idololatria, indeque & violentia aut tyrannide. In principio regni Jonas, fausta regi auguratus, expectaverat cultum Dei in Israël puriorem: Sed Jeroboamus tantum non deterior proavis suis convertit fiduciam Jonæ in dolorem & minas justas, ex periculo armorum hostilium, cum gentis pernicie. Hic acerbus dolor Jonæ & integrorum virorum, in visione oraculo divino effigiat, publicorum sermonum aut scriptorum argumento, de independente Israël clade ex perditis illorum moribus. *Malitia Israël, ut Ninives, potissimum idolorum cultus, cum indivulso nexu conjuncta morum civilium corruptione, cujus potissima pars vis & injuria, pro cujusvis facultate.* Hæc depravatio non minor in Samaria quam Ninive, *Ascendisse ad deum, est ad judicium divinum trahi*, haud aliter ac in foro ad judicis tribunal fertur causa controversa, ubi res cognoscitur & de ea statuitur. Est autem figura, malitiam aut depravationem Samaritanorum pertigisse ad Deum, *denunciatio imminenti belli externi*, justo Dei judicio, qui pœnas dent Deo, hostibus illos coercentibus.

Hoc in visione subingestum Jonæ, & ceteris viris cordatis, dicendi scribendive in Samaritanos aut Israëlitas argumentum, qui ex Jeroboami incorrigibili superstitione, tyrannide comite, malæ arboris fructus lethales essent decerpturi, cum regni pessum ituri periculo.

Nuda hæc comminatio & pœnæ aut exilii denunciatio, *non aperte addita sp. grava sub conditione pœ. inertia* subintellecta tamen: Pro scopo libri, pro misericordia divina luculentius declaranda, qui parcat etiam corruptissimis, ubi emendationis spes deo prævidente appareat: Et ut eventus salutis servataque Samariae aut gentis Israëlitiæ elucefcet tanto dilucidius, ex ocellata misericordia

diæ divinæ teneritudine; propter illos, qui fervidiori zelo Samariam & Israëlitas omnes, ob perditos mores optarent prorsus a deo perdi & deleri. Qui & in bonis viris, vel in vicino tunc Judaico regno, astus nimius temperandus justæ divinæ erga Israëlitas perditos misericordiæ, non promissæ secutæ tamen vivida demonstratione. Nudum & merum exitii nuncium ex corruptione, pro affectu fervidiorum in Juda & Israël, qui præ zelo nil nisi exitium Israelis spirarent, sine commiserationis sensu.

v. 3. Hoc officii negotiive momentum Jona ceterisque illius ævi prophetis incumbere demonstratum in illo visionis lumine, animo in rem ducto pectoreque accenso. Vidit, quid sub Jeroboamo idolis dedito & vagis moribus indulgente, periculo regno impenderet ex armis hostilibus justo dei judicio. Atque hoc primum visionis punctum, officium dicendi, nec timide amplius sub Jeroboamo dissimulandi, ne pessum iret regnum.

Sed quid Jona & ceterorum in his pectus, & quæ ad monendum propensio, sub rege quidem Jeroboamo, potente & truci? *Ad fugam se composuit Jonas*, in eodem visionis spectaculo, non foras corpore moto, sed interno animi affectu. *Fugere* est in civilibus negotiis, se subducere, se subtrahere operi, agere suscipere, detrectare aut declinare. Indicium metus, ex periculo in opere præviso. Maluit Jonas, ut mallerent ceteri boni, quiescere, abstinere, nil dicere aut monere, Jeroboamum non offendere & sibi periculum non concire vitæ & fortunæ. Hic timor Jonæ & ceterorum in visione effigatus fugiendi consilio. Communis hic prophetarum in exordio muneris genius & affectus, *timor & discriminum formido*, cum publicam corruptionem laceßere sit irritare & offendere illos, qui ex depravatis rebus vivunt. Jeremias, cap. I. in visione *infantem* se dixit, ut abstinere a dicendo posset, timidum ac pavidum: Cui in visione eadem responsum, pro timore excutiendo, murum illum fore aheneum inexpugnabilem. Moses justus ire in visione ad ægyptios ad liberandum populum e manu Pharaonis, *balbum* se prætexuit, ut instrueretur comite Aarone.

Fugere voluisse fertur Jona a Deo, quod est ab officio divinitus injuncto dicendi & scribendi in Samariam & regnum Israël, malle filere, quam Dei nomine dicere, corrigere & emendationem urgere.

Præ-

Præterea, ex capite quarto perspicitur, non solum timorem periculi ex furiosis civibus sub discrimine vitæ retinuisse Jonam a dicendi officio, sed & alteram subindicari fugæ rationem: *Animum indignandum*, pro affectu fervidiorum, per profopopæiam elegantem & nervosam, *qui jam pravereret, Deum misericordum urbis perdenda nec perditurum*, vanam adeo fore prædictionem de illorum exitio. *Sustinet aut suscipit prudentia admirabili personam illorum in Israele & vicina Judæa proborum omnino virorum, sed animi severioris ac rigidioris, qui improbitate Samaritanorum considerata exitio dignam judicarent urbem & gentem, misericordia indignam, qui scelerâ cum urbe & gente cuperent extingui.* Qui astuantior affectus non alienus quidem ab integritate animi, sed suo interdum loco intempestivus, abjecta gratiæ memoria, quæ nonnunquam fortior ac validior ad emendandum, publicamque salutem servandam vel redintegrandam quam severitas aspera, quæ aliquando plus obstitit communi rei quam creditum. Non impetu & rigore semper, sed & gratia alicubi plus medela fertur rebus nutantibus, propter affectum superstitum, qui asperitate in furorem agantur, clementia emolliantur & ad devotionem blandissimis vinculis pertrahantur. Quorum immemores vel integerrimi in Israele viri, immittiores ac truciores præ sanguinis æstu, Samaritiam ex idolis & fordibus ceteris plane evertendam dei decreto statuerent & optarent. Horum affectum præ se fert prudenter Jonas in visione, ut oblique & molliter reprehendat, clementiaque parem locum in Deo ac penæ severitatem demonstret, ipse æquior, benignior, mitior, ac in emendationem communem propensior.

Fugit ergo Jonas, pro visionis idea a Deo, tum metu sibi impendentis periculi, tam per profopopæiam affectu indignantium, qui exiltiment, inanem vel & iniquam esse operam, denunciare Dei nomine exitium genti, deum ejus loco misereri gentis, parere & servare. Ille affectus innatus, hic adscititius & alienus, aliorum animo & persona. Qui est nervus & sanguis styli.

Quoniam in visione hæc omnia apparuere, uti in colloquiis Abrahami cum Numine, *Gen. XV.* actionibus externis velut conspicuis, affectus timoris sed & indignationis in Jona & sodalibus effigiatas externa fugæ specie ex Palestina ad exterarum gentes transmarinas, ab occidente, ex adverso Ninives quæ ab oriente ad Tigrim, שׁוֹשַׁן quorsum iter paraverit, non Tarsus Cilicia, quæ

B

a Sar-

z Sardanapalo cum Anchialo fertur post Jonæ tempus condita, sed celebrior multo antiquissima in Asia minore urbs *Sardes Phrygia*, ex commerciis celeberrima, cujus passim apud Prophetas fit mentio.

*Sardes* multis seculis antiquiores *Nino*; sed Nini tamen generis regem habuit hæc Phrygiæ metropolis, novæ Nini ad Trigrim ortu. *Belus* seu *Arbelita*, בית ארבל Hof. 10, 14. tempore Judicum, Ehud, Samgar, Debora, Syriacum imperium obtinuerat 55. annis. *Beli* filius *Ninnu*, Syria & Babylonæ imperans, fere totam subegit Asiam, novamque regni sedem ultra Tigrim transtulit, condita nova *Nino*, tempore Gideonis & sequentium Judicum. Nini filius *Argon*, vix condita a patre ad Tigrim *Nino*, atate Judicis *Tolæ*, Sardium regnum obtinuit, in Asia minoris peranti-qua & illustri sede. Idque imperium per Argonis filios succedentes, per 305. annos fuit servatum & ad nepotes propagatum. Quomodo Nini, urbis Nini conditoris, genus & familia, Sardibus regnavit, uti temporibus Samuelis, Saulis, Davidis, Salomonis, Jeroboami I. ita & Jeroboamo II. in Israël rege, atate *Jonæ*. Græcum illud Sardium imperium, Argone Heraclidarum primo appellato ab *Herodoto* 1. 1. c. 7. f. 4. Ut Heraclidarum illud apud *Sardes* imperium duraret ultra quingentos annos, atate *Jonæ* florens. Dum in symbolica visione *Jonæ*, hic *Niniven* ire jussus, ad orientalem familiam Nini primi regis, fugisse fertur *Sardes*, ad occidentalem ejusdem Nini familiam regiam. Quod pro symboli aut ænigmatis scopo videatur consulto factum, vel pro origine idololatricæ Israeliticæ, quæ ex Asia minori in Syriam & Palestinam penetraverat, subindicanda: Israelitas Sardium genus referre ex remota ultimaque phrygia, idolis illorum admissis. Quid si *Jonas* ulterius in remotiora tempora etiam antediluviana animum intenderit Sardium mentione, quando in illis regionibus Asiaticis, patrum ante diluvium in illis terris viventium, ex idolis corruptio, in familia præsertim Caini; abunde cognita. Quæ publica in idolorum cultu proavorum corruptio; morumque depravatio, in omni generis tyrannide, celebre diluvium meruerat, pro supplicio irreligiosorum & tyrannorum. Quibus adeo pares Israelitas subindictet *Jonas*, qui pariter a Deo desciscendo, pariter sint plectendi. Quomodo iter *Jonæ* ad centrum Asia minoris, ad *Sardes*, symbolum foret, & indicium parium morum in Israëlitis & proavis illis antediluvianis, nec dissimilium adeo eventuum & pœnarum.

Quan-

Quando igitur in enigmate illo, in visionis imagine, *confilium* *Jonas* fuit, quiescere, nolle dicere, malle abesse quam in patria in patriam dicere, qui & iniquius ferret pravifum Dei erga corruptissimam gentem gratia sensum: videtur simul, pro enigmati virtute effigiari *peccus* *Jonas*, qui populi etiam personam suscipiens, regum animo volverit *superiorum in Israele statum*, a Jeroboami I. atate, *idolis* Græcis in Asia receptis ab illo *suscitatis*. Quam regni *corruptionem* aluerant & auxerant sequentes, Jeroboamo hoc secundo omnium deterrimo. Quibus fati *regnum Israelis ab avita Judaica integritate defecerat, & gentium exterarum mores infelicitè assumferat*. Quo statu par evaserat *externis regnis & populis*. Atqui scriptura stylo arguto & vivido *regna externa* effigiem referunt *maris*, quod fluctibus subinde jactatur. *Externa regna* idolis mancipata sola inconstantia subsistere, ut nec forma regiminis sit constans nec fortuna prospera diuturna, sed vaga & in annum mutabilis, inter cædes, seditiones & strages. Hæc *maris imago in regnis exteris*. In Daniele ex mari prodire quatuor animalia, quando ex regno babylonico quatuor emerere reges, Nebucadnezar, Evilmerodach, Belsazar, & Cyrus. Israeliticum avitum primævum in Davide regnum ex legibus probis & æquis, commoda ac justa regiminis forma, regni quadam constantia, terræ aut fundi solidi figura solet depingi. Sensit Jonas & in spiritu vidit intime, *ob idololatriam gentibus parem & scelera similia*, Israelitici regni fortunam non esse dissimilem, nec futuram meliorem, inter vagos seditionum, parricidiorum, & novorum subinde institutorum motus & tumultus. Quocunque se verteret in Israele, in quamcunque partem tenderet, latiturus etiam & quieturus, nihil publicæ quietis superesse intellexit, *regno non nisi inquieto mari*. Penetravit probe, ab uno regni angulo aut oppido fugere ad alterum, non esse nisi de una gentium urbe in alteram se recipere. Fugam non superesse, nisi *mari se committere & ad gentes moresque exteros se conferre*.

Fortè in animo habuit Jonas idea *Sardium*, celebris in Phrygia urbis, Israeliticam veterem regum Israeliticorum sedem, *Tirziam*: *Tirziam* vero, si vetus gentis historia repetatur, *Sardibus* celeberrimis jure haberi *parem ex pari profano cultu*. Observavit fundamenta præsentis in regno damni jacta aut roborata esse a præfiscis in Israele regibus, qui *Tirziam* federant: Verus esse malum in Israele. *Tirziam* petere, & meliorem pristinum regni formam querere,

esse idololatriam radicatum & a majoribus acceptam intueri. Morbum regni esse tenacem, *gentium exterarum esse mores*, qui radices altas in Israele egerint. Nihil adeo dicere maluit Jonas, quin pristinam aut primitivam regni formam ex sede Tirzensi metiri & meliorem expectare. Deprehendit autem, *Tirzam jam olim a Deo fugisse*, aut a Deo fuisse averfam & idolis mancipatam: Tirzam ire, esse a Deo longe discedere. Quomodo hæc fugæ meditatio ad Sardes ultramarinos, meditatio *Tirzensem*, perditæ veteris in regno conditionis. In illa velle acquiescere nil esse nisi *gentium mores ferre aut commendare*.

Qui animus Jonæ idem & aliorum virorum integrorum illius atatis, qui quiescere mallent & de publica corruptione nec verbum facere: Qui considerarent probe, *Tirzenses* veteres reges idololatria perdidisse rem communem, ut *populis exteris facti sint similes*. *Mare itaque Israelis regnum, ut regna extera*, & in finibus regni *Tirzam Sardibus esse idolis parem*. Inprimis ubi illam etiam ob causam *Sardium* meminit, pro fonte idololatriæ communis in Israele, quod gentium idololatriam, græcam superstitionem, exinde cum aliis orientis populis hauserint quondam & Israelitæ: Quomodo Sardes petere foret superstitionis Israeliticæ originem intueri, unde omnia in Israelem damna, cum exitii periculo.

Pro illa visionis atque anigmatis intentione Jonæque meditatione fertur *descendisse Joppen*, *Joppe* urbs maritima, portu beata eoque celebri. Hæc abiisse dicitur, non factò externo, sed in symbolica visione. Pro symbolo, partim generali, pro silentii tenendi studio, quod maluerit exire e regno quam dicere: Partim speciali, pro effigie Israelitici regni ortus ex Ephraim, quando Jeroboamus primus, regni Israelitarum fons & origo, Ephraimita fuit, qui Sichemum, ubi rex electus fuerat, in montano Ephraim ædificavit, & Tirzæ in Manasfitide sedem regiam collocavit, 1. Reg. 12. & 14. Contulit se Jonas, in visionis umbra, ex Ephraimo, ex montano Ephraim, cum Jeroboamo I. Tirzam, in manasfitide; animo Tirzam Sichemum tendens, pristinam considerando regum in Israele, Jeroboamo I. conditore, sedem,prehendensque Tirzam non dissimilem esse Sardibus, idolorum cultu & pravitate, quocunque regni splendore.

Sicuti in visione anigmatica visus sibi Jonas *Joppen* petere pro *Sardibus* quærendis; ita mox & in visione *navis se obtulit tendens*

Sar-

*Sardes.* Samaria, tunc regni sedes, sita inter Sichemum & Tirezam. Agnovit, in mari illo Israelitico, in moribus regni vagis & inconstantibus, *navem* comparere *regiminis*, rege tunc secundo Jeroboamo, Samariae sedente: *Rempublicam Israeliticam Samaritanam navi esse similem*, quae mari vehatur, fluctibus expositam. *Tendere hanc navem Sardes intellexit*, regimen Jeroboami secundi Samaritanum par esse regno Jeroboamiprimi, Tirzensi, idque referre mores Sardium idololatria eadem, Tirzam collimare, velut ad fundamentum morum perditorum, aut ortum suae depravationis, ubi idolorum, Sardium & Graecorum, cultus. In Samaritana navi scopum esse ire Tirzam, ad exteram supersticiosam regendi formam inter gentes probatam. Huc, ad hos veteres Sardium, Tirzensem, perditos mores rapi omnes, regni cives, perspexit. *Et Jonas, tum pro se tum populo, in hanc navem descendit*, uti *Sardes* in effigie, ita *Tirzam* animo & spiritu petiturus. *Civis regni Jonas*, cum ceteris, etiam optimis viris delitescens. Quid si & Jonas, ut alii prophetae, pro veteri more, praeter literarum cultum, artem exercuit, qua victum decenter pararet: Pars ergo regni & status communis, pars in navi Israelitica, qui cum ceteris omnibus subditis raperetur ad Tirzensia regni statuta, pro publica quiete servanda. Maluit igitur Jonas, pari cum aliis animo, *pars esse navis*, & victum arte sua in regno quarere, quam in regnum dicere. *Dedit Jonas, sua & populi persona, suum quoque nautum*, ut partem haberet inter nautas; dedit, praestitit omnia, quae dare tenebatur cum ceteris regno, quae essent ex ordine observanda publico, five ex arte sua five legibus statutis. Mores ordinesque omnes servarunt Israelitae imperatos.

*Tendebat adeo cum ceteris nautis, civibus regni, Sardes:* Cum toto regno vetera civilia instituta Tirzensia, idolis sacra, ut poruit, servavit & praestitit: Tulit & Jonas cum aliis bonis viris quae essent ferenda, dissimulavit, ordines corruptos vidit, & se non videre videri voluit. Tacuit, nihil dixit, corruptionem communem liquit intactam, se nil scire professus silentio.

Atque ita *fugit a Deo*, uti ab officio dicendi monendique, ita & ab emendatione apparanda aut adjuvanda. Sicuti tota navis in imagine tendebat e Palaestina Sardes in Phrygiam, *totum regnum Israeliticum spectabat in formam regiminis exteris gentibus similem, pari idololatria foedam, moribusque perditis equalem*, ad vetera Tirzensia instituta, ordinum etiam pravorum.

B 3

Nil

Nil adeo *regnum Israëliticum* nisi *mare mobile & vagum*, res publica regiminisque *regula navis in mari*. Hæc facies rerum, utroque Jeroboamo *clavum tenente*, & Jona navi vecto cum ceteris nautis civibus Israëlitis.

v. 4. Navi in visione, in ænigmate, mari vecta, *excitavit Deum*, in visionis umbra, ingentem aut *vehementem ventum in mari*: Cui fato mare semper expositum, navibus fortunam eandem ubique expectantibus. Stylo veteri, *venti & procella imago sunt motuum in republica*, sive intestinorum sive forinsecus ingruentium, ut hostiles sunt invasiones. Prophetis figura solennis est & familiaris, tempestates æris cum fulminibus & fulguribus, pro bello & illius strepitu ac tumultu. Præsignificata in visione *formina superstitiosi regni Israëlitici adversa & tristis*, cui calamitates impendeant insuperabiles ex hostium armis. Effigiata instans seditio regni intestina, mox a Jeroboami obitu metuenda, Zacharia filio in regno successuro, quando ab obitu patris aliquamdiu a regia sede Samaria & quiete regiminis fuit abstractus & retentus, interregno longo, nec nisi brevi ad regni habenas quietas admisus, a quo tempore parricidio periit, Sallumo parricida. Et Sallum mox cade occubuit Menachemo pari cruore maculato. Et hæc initia barbarum in regno, quæ exitium minitarentur. Menachemo vix in thronum evecto Sardanapalus ingruit, armis Israëllem subigens, a Judæis invitatus & illectus.

Atque his fati *turbo ingens ortus est in mari*, hoste Sardanapalo Assyrio in Israëlle grassante ac furente. Vividissima effigies calamitatum publicarum in bello isthoc Assyriaco.

His motibus *navis visa minari naufragium*: Periculum certissimum regi illis motibus perituri, velut naufragio navis dissilit ac corruit. Quod periculum jam tum metuendum vidit ex seditionibus intestinis proximis, Jeroboamo defuncto, Zacharia ad regimen aspirante. Noverat probe Jonas ex scholis Eliæ & Elifæ, Jeroboami regnum ob idololatriam exiturum in tristes regni mutationes, qui quartus in familia, quæ ad reformationem regni erat suscitata, sed in depravationem regni degeneraverat. In quarta generatione, inquebant, tolleretur regimen a domo, ubi reformare emendareve destiterit, ad idola pristina conversa. Jeroboamus, a deo quam maxime averfus, quartus adeoque ultimus ex præfagiis prophetarum. Quod probe noverat Jonas, indubitato prævidens

ab



ab obitu Jeroboami in filio Zacharia regni tumultus, qui ad regni præcipitium tenderent, nulla publica emendatione hæctenus secuta. Hic ille in visione obuius in dira tempestate naufragii metu, apud omnes navi vectos.

Tempestatas, ventus, procella, turbo, in singulari, non unum regni motum denotant, sed pro styli decore, ejus generis tumultus bellicos frequentes, subinde redeunt. Quomodo eventus docuit, quando anno primo Menachemi, Jeroboami domo extincta, Sardanapalus semel invaserat Israël, mox Tiglatpileserem Assyrium diriorum successisse, donec Salmanassar totum regnum subverteret.

v. 5. Terribilia hæc in visione omnia, & tristissima regni Israelitici superstitiosi convellendi auguria. His diris tempestatibus maris, navi naufragio proxima, *nauta vehementer territi*. Ex superioribus regni periculis pravifis sponte sequebatur pavor populi *universi in regno*, a summo ad imum, hoste non solum ante portas, sed in regno ferro & igne grassante, Sardanapalo, Asia nuper victore, in Israël arma circumferente.

*Quique in tali publico periculo & pavore invocavit Deum suum*, visione monstrante. Præfagium *superstitutionis Israeliticae* tunc istis periculis *pro remedio adsciscenda*, tametsi frustra. Reprehensio hæc, sub visionis umbra, superstitutionis, quæ persuadeat populo Israelitico salutem, quam præstare non possit. *Idola coli, quæ nihil sint, nil videant nec audiant, nec opem ferre queant.*

Sed damna regni apertius porro visionis ænigmate adumbrata pro tempestatibus allegoria: *Projecerunt suppellectilem, quæ in navi, in mare*. Hæc, ut cetera in visione, imagine luculenta regni Israelitici, idolis addicti, in bellis istis & hostium invasionibus *exonerandi, expilandi & exhauriendi*. Supellex, aut merces in navi, bona sunt regni, populi, subditorum, quæ cedant hostibus prædantibus. Inprimis depinguntur *ingentia tributa hostibus pendenda victoribus & dominis*. Quomodo mox Sardanapalo Assyrio eoacti magnam aris molem pendere, cum onere perpetuo tributiorum.

Quæ spontanea mercium exoneratio, tributorum pretio hosti victori solvenda, *quæsit navis salutem, quæ servaretur in tempestate*, inter furentes fluctus, ut mercibus abjectis levior navis, ferretur undis levius. Misera & egena salus, angusta salus, pretiosa salus, quæ omnibus constaret bonis navi vectis, parva tamen & levis

Iseis salus, dubia adhuc atque anceps. Omnia abjicere coacti, solius vitæ suæ servandæ causa: *Imago tributorum hosti victori oblatorum, pro vita populi servanda.*

Quam tristem vitæ suæ redemptionem experti superstitionis Israelitæ in Assyriorum bellis a Sardanapalo inchoatis, cum suarum rerum pernicie extrema.

Quid interea Jonas, ceterique viri in regno integri & incontaminati? *Jonas descendit ad extrema navis, decubuit, somno obrutus, aut fessus & tacitus*, quasi non attenderet aëris inquietudinem, proximum naufragium, omnium clamores ac preces, mercium exonerationem, damna & pericula communia. Non profecto, & pro ænigmatica visionis seppo, in Jona securitatis suspicio, sed anxietatis potius & mœroris indicium, qui animo plus jaëtaretur quam navis turbine & nautæ metu. Jonas præ dolore angulum navis quæsit, quem & conscientia plus quam fluctus quateret, memorem *longi & in tempestivo otii aut silentii, qui nil dixisset, cum dicendum fuisset.* Hoc Jonæ latibulum in visione, symbolum quietis aut silentii Jonæ & bonorum aliorum quorumcunque virorum in publica regni corruptione, Jeroboamo idolis addito, totoque populo idolorum servo, unde omnis scelerum coluvies & libera tyrannis, injustitia furente. Maluerunt illa tempestate delitescere & velut dormire in regno, tanquam in angelis latitantes, quam dicendo vitæ accire discrimen, nihil, ut appareret, dicendo promoturi, nulla emendatione secutura. Dixerunt in corruptis ac depravatis communibus regni ordinibus ægro animo: sicut it, ire finas, nam sic vult, sicut it, ire: Sicut enim nunc it, sic ivit semper & ibit. Hæc illa quies, hic sopor Jonæ & integrorum virorum, in publica regni depravatione, quam incorrigibilem autumarent, non moturi quod mutari non posse existimarent. Hæc sub Jeroboamo prophetarum virorumve bonorum fortuna pectorisque agritudo, quæ nil dicere nec mutire suadeat: Cum satius sit, relinquere perditos mores exitio communi, nec monendo operam perdere.

v. 6. *Accessit tandem nauclerus ad Jonam*, pro visionis indole: Præfecti navis, præfides regni, gubernatores populi, qui ad clavum sedent, quibus cura publicæ rei commissa. Subindicatur, in publicis regni calamitatibus, in bellis istis, regni Israelitici antistites, ubi frustra ab idolis suis expectaverint opem, ituros tandem ad

ad prophetas aut viros integros in regno existentes, quos spreverant prius. Hos itidem jam consulunt iri, velut ultimo refugio. Qui sero agniti, horum operam fuisse dudum necessariam, sed neglectam temere.

Quid autem nauclerus in visione apud Jonam? *Dixit illi: Quid agis, deses, iners, somnolente?* Affectus capitum regni, qui inique tandem ferant *diuturnum dicentium silentium*, qui velut otiosi fileant, ubi consilio maxime opus. Jam indignabundi, antea illis dicturis aut dicentibus indignantes. Ut damna praesentia animum convincunt boni praeteriti neglecti aut contempti. Accusent jam soporis, & silentii, quos antea damnaverant dictionis. Somnolente, dira inculpatio, nec iniqua tamen, utrorumque culpa, illorum terrentium ac silentium ante imperantium, horum submisit nec in periculo, injuste obsequentium. Quis enim hominum non sileret ubi frenum ori & maxillis jam injectum, capistro duro? Confessio insimul hac Jonae, & ingenua declaratio nimis longi & intempestivi sui & similibus bonorum in regno silentii: Imperari quidem durius quid, praeter affectus humani vehementia, nec sine spe mollioris propensionis ac mitioris indulgentiae in mora aliqua, quae vel conniveat tandem, ad minimum dissimulet negati operis usum aliquem, qui publico cedat commodo. Oblique proinde se culpat Jonas, sui que similes, bonos & peritos in regno viros, ab idololatria publica immunes, qui nimis profundo videantur somno obruti, qui dicendi curam nullam amplius habeant, praeter timore nimis tenaci & praeter communis exitii cupidine. Calcar additur bonis in regno viris, qui monitis salubribus regno & populo mature succurrere non desinant, cum summa id poscat necessitas.

*Invocare jubetur Jonas*, in visione, per nauclerum, & *summet Deum*, pro religionum inter nautas varietate. Symbolo, Israelitas, cultibus idolorum occupatos, suis superstitiosis clamoribus nil promovere in turbinibus regni: Nec illos adeo esse praetereundos, qui ab idolis sint alieni in regno, qui non profiteantur quod populus. Concedi postremo oportere prophetis bonisve viris aliquid juris aut libertatis, de suis rebus pro publico bono nonnihil modeste dicendi ac profitendi.

Aliquid jam tandem fiduciae in Jonam ejusque operam visum ponere navis gubernatores, qui illius orationem exposcebant, sub  
C
spe

spe publicæ salutis: *Fortè curam nostri habebit Numen, ne percamus.* Agnitio fera sed ingenua, illos viros in regno, publicæ salutis toto pectore fervientes, præstare suo loco & tempore non temendam operam, regno utilem: Averti illorum sollicitudine multa damna & pericula, advehique non parva commoda reipublicæ salutaria. Dicentes viros ingenuos, populum emendantes, esse non solum ferendos, sed & invitandos, ut dicant & juvent. Fortunam communem Israël non idolorum ministris sed candidis viris acceptum esse ferendam, qui jam olim emendaverint uti cultum sacrum ita leges & mores. Non vi sed consilio agendum esse. Sana doctrinæ vim in regno esse inexplicabilem, a qua populi & regni pendeat salus.

v. 7. Novum in navi negotium, in visionis serie: *Dicebant nauta*, qui navi vehebantur viri cujuscunque ordinis aut vitæ generis; *Agite, jaciamus sortes, ut cognoscamus, propter quem tantum infortunium in nos ingruerit.* Ut erant quondam assueti, *sortibus explorare rerum condiciones & actionum habitum: Persuasi, sortes gubernari a numinibus; Cum gentes existimarent, numen quodque, quorum illis innumera, signis externis, sortium figuris & modis, edere oracula.* Sortium etiam, sive fatorum, futurorumque eventuum, interpretes & nuncios, in regum lateribus videre erat, de quibus fortilegis veteres fuisse, & nos alibi, ubi de Israelitarum idololatria, sortibusque Apollinis, & tripodibus ejus. Quæ in sortes fides gentium effecit, ut etiam apud Judæos sortium usus nonnunquam admitteretur, in veteri & novo testamento, vel Achanis & Matthiæ apostoli historiis testibus. Hic adeo receptus apud omnes sortiendi usus, pro cognoscendis publici alicujus mali causa vel origine, inter nautas quoque pro remedio emergendi advocatus. Hæc pro moribus populorum in visione aut enigmate comparuerunt, Jona velut intuente ac prævidente. Pro symbolo, futurum tandem in regno Israël, in tempestatibus bellorumque motibus, ut de causa tantorum malorum dispicere incipiant. Indulgetur, pro negotii præsentis aptitudine, plusculum opinioni populorum communi, quæ inter Israëlitas tolerata, publicorum in regnis damnorum aliquem virum esse causam, tanquam promeritum suis sceleribus, propter quem omnes affligantur. Quomodo in navi homines persuasi, tempestatum marinarum, quibus navis tantopere quassaretur ad naufragii

fragii usque periculum, virum aliquem inter ipsos esse causam & culpam, qui pœnam in totam navem contraxisset. In visione indulgit Numen supremum hanc communem gentium adeoque & nautarum opinionem, uti in Achane indulgebatur, ut hac ratione via pateret ad Jonæ res detegendas: Inprimis quod libelli Jonæ lectores Israelitæ lubentes essent admissuri hoc sortiendi genus, in publica mali culpa in viro quodam investiganda. Quod ad symboli vim & scopum, subindicatur analogus prudentum in regno usus, dispiciendi curate de malorum publicorum originibus, si qua medela innotescat, qui licet non externis utantur fortibus ad origines damnorum dijudicandas, videri tamen queant sortiri, sigillatim universa expendendo, in quibus fons malorum hæreat.

Pro consilio nautarum, suis moribus, *sortem ubi jecerunt, in visione, fors cecidit in Jonam*, quod ille tempestatum esset culpa, suis quibusdam enormibus delictis, divinam publicam pœnam promeritis, quæ tempestate præfente emerferit, cum naufragii periculo. Quoad symboli virtutem, subindicatur, cives regni Israelitici, ipsosque antistites, circumspiciendo deprehensuros tandem in publicis regni periculis & damnis, ipsosmet prophetas virosve integerrimos esse in culpa. Quod videatur mirum, modo culpæ nondum detecto, utputa illorum silentio, qui nihil dicendo tot malis publicis ansam dederint, qui fons dein detectus, curatius attendendo. Sufficit hic, prophetas esse in culpa, quod populus non fervetur, idque tandem iri agnitum. Huc illa prima generalis fortis in visione definitio.

v. 8. Quod ergo Jonas autor mali videretur definitus forte, delicti porro genus visum explorandum. *Dixerunt ergo nauta in visione ad Jonam: Dic, quæso, nobis, quid commiseris, ut tanto communi jam afficiamur damno propter te.* Scrutamen peccati in Jona, ansa est confessionis Jonæ de se sui que similibus. Pro symbolo: Consideraturos aliquando regni præfides populumque Israeliticum, quid egerint agantque aut agere possint prophetæ viri cordati inter illos, pro publica fortuna, prospera vel adversa. Damna regni fore occasionem dispiciendi curatius de sueto & tunc prope obsoleto diu certe intermisso dicentium negotio vel officio. Agnituros illos fero, in horum operam multum publicæ prosperitatis redundasse, ex illa seposita aut suppressa ingentia damna communia esse profecta.

Quæſiverunt proinde, in viſione, nauæ ex Jona diſtincte de toto Jonæ genere, ortu & ſtudiis operibusque: *Quodnam opus tuum, quæ ars quam in republica exerces? Unde venis? Quæ patria tua? Et qua natio tua?* Pro genio gentium ordine hæc in viſione prodita, quibus perſuaſum, certa vitæ genera diis eſſe inviſa & exoſa; quin etiam certas regiones & gentes eſſe execrabiles, quas dii nuſquam ferant ſine clade. Et hæc, pro ſymbolo latente, *via ad prophetarum res dilucide explicandas*, ut lectores libelli, Iſraelitæ, veritatem penetrarent, memores, *prophetas regno eſſe ſaluti, viros bonos omnibus commodos, proſperitatis publicæ adiutores, ſi ſuo ſuantur uti dicendi jure & officio.* Præjudicium erat inter idololatrias, prophetas eſſe exterminandos, qui contradicant ordinibus & ſtatutis publicis, qui externos videantur adſcendere dominos, in regni damna. Contrarium Jeroboamus erat edocendus, ac convincendus, prophetas adverſari juſte communi idololatriæ ordini, utpote qui regno exitioſus, cui integritas avita ſit oppoſita, quem meliorem ordinem hi homines urgeant, aut neglecto hoc publica damna præſagiant, quæ non per prophetas concitentur, ſed ex improbitate gentis oriunda detegantur ac ad cavendum præmonſtrentur. Huc illæ quæſtiones in ſymbolica hac viſione de Jonæ & prophetarum ſtatu, quid agere ſoleat, quid gens, unde oriundus Jonas, tractet aut jure tractare debeat, pro communi bono? Num ex ſe mala gens ab ortu ſuo an bona, cujus naturam habeat & Jonas?

v. 9. Ad quæ arduarum quæſtionum momenta, in viſione, *reſpondit Jonas*, ut probe noſſent nauæ. Orditur a poſtrema quæſtione, *de ſua patria & gente, unde oriundus? Hebraum ego.* Nuper jam ſubindicare contigit, *עברי* hebraum ſemet appellare Jonam, pro vero gentis priſtinoque charactere, non Iſraelitam, non Judæam, in dicio primæ originis ex Abrahamo, a quo ſincerior in gente hac doctrina & religio ſit oriunda, pro qua fera illa atas ſurrogaverit gentium idolorum cultum. Atqui Abrahami, Iſaaci & Jacobi, primorum in hac gente patrum, ſedes in pectore Canaanis, in urbe *Acrabata ſeu Chebrone boreali*, quæ ſita ſupra Sichemum, proxime, verſus Jordanem, ſub illo, in vicinia Siluntis, quæ Chebroni huic ad meridiem, in Ephraimitide, quod poſtea illi regioni contigit nomen, pro tribuum diſtributione. Quæ Acrabata ſeu Chebronis ditio nec ætate Chriſti extincta, quando ſpeciatiim dicta *Acrabatene*, ad ortum Samariæ & Sichemi. Hi *Acrabatani*

*bateni Chebronenses*, a scriptoribus sacris appellati עִבְרִי hebrai, libris historicis testibus; qui in bellis Israelitarum cum Philistæis nunc partes Philistæorum nunc Israelitarum sectati. Quomodo tempore Samuelis & Saulis עִבְרִי hebrai, qui non essent ex Israele sed alius sanguinis & fidei, donec sub jugum mitterentur ut alii a Davide. Veteres illi Chebronenses, Acrabateni, coloniis Abrahami, Isaaci & Jacobi dederunt characterem hebræorum. Qua ratione *Josephus*, in ægypto serviens, appellatus עִבְרִי *Acrabatenu*, *Chebronensis*, sive *hebrau*, qui cum suis proavis, Abrahamo, Isaaco & Jacobo, degisset in Acrabatene sub Jordane, inter Scythopolin & Siluntem, ex qua regione venditus & in ægyptum ductus esset. Abrahami, Chebronensis vel Acrabateni, ratione diuturnæ suæ ad obitum sedis, in qua regione inter Sichemum & Chebronem, in prædio Lebonensi, conditus quoque, cum genere suo: Abrahami, inquam, illius, hebrai illius, Chebronensis illius, genus Israel, fera propago; quæ posteritas avitas illas sedes, in mediterraneo Canaanis, in Ephraimitide, duce Josua tandem recuperavit ac hereditario jure occupavit, & sub Jeroboamo possedit. Hujus proavi religio purior, pro proavorum illorum doctrina, ab omnibus idolis prorsus immuni. commendata nautis a Jona cum suam gentem profiteri jussus esset. Non dicebat, *Israelita* sum, quod tunc erat idololatram esse, contra avitam doctrinam & religionem, sed *hebrau*, pro primæva Abrahami & generis proximi professione ac characterem. Non negat, ratione communis præsentis generis se Israelitam, cum Israelitæ Acrabatensem possiderent, Samariæ proximam, sed mavult characterem profiteri veterem, in quo purioris doctrinæ vestigium & memoria. Quomodo profitetur se ortu & gente *hebrau*, Chebronensem, sive ex Abrahami, Isaaci, & Jacobi sanguine & disciplina oriundum. Quæ extra visionem, pro symboli significatione, est obliqua reprehensio degeneris Israelis, qui ab Abrahamo & proavis illis hebræis nil residui servaverint præter carnem, non genium & pectus purum. Debere Israelitas esse hebræos, sive Abrahami genii, sed non esse, Quod de se pronunciat Jonas, de ceteris omnibus bonis in Israele viris intellectum vult, qui pariter hebræi, Abrahami illius generis, ordinis & spiritus, qui puritatem sectentur doctrinæ & morum, qualis tunc in Israele degenerare rara & pressa atque afflictæ. Hoc primum Jonæ votum, intra visionis vela, monstratum ac

professione aperta detectum, se optare, Israelitas esse hebræos, qualis sit Jonas cum ceteris viris cordatis ac prophetis. Atque hæc prima pro Jona & prophetis apologia, qui sint viri boni, integri, sinceri, regno utiles & sua doctrina candida puraque communi bono sacrati, adeoque jure audiendi pro commodo publico.

Posthæc respondet ad alteram quæstionem, *quid ageret Jonas* num vetita tractaret aut diis odiosa, adeoque tempestate tenendus. Pro visionis ordine & scopo, confessionem edit totius suæ religionis ac professionis, ut declaret, eam esse purissimam ac sincerissimam, regni Israelitici in se animam & vitam: *Deum, numen cæli, ego timeo, qui fecit mare & aridum*. Clarissima hæc enunciatio in visione, ut lectores Israelitæ, in curia totoque regno, clare sine scrupulo perspicerent ac intelligerent, meminissentque, quid prophetæ apud illos agerent, quid docerent, quæ doctrinæ forma melior, sincerior atque integrior sucta illa publica idololatrica, vere corrupta, perdita atque damnosa. Prophetas avocare ab idolis ad verum deum, a mortuis ad vivum numen, ab impotentibus & imbellibus simulacris ad potentem Deum. Prophetas hæc doctrinæ puritate illos vehere ad veri Dei cognitionem, qui conditor cæli & terræ: In cujus potestate & manu sint omnia, qui Israelem bonum omnibus bonis beare, sed & malum plectere & pænis afficere gravissimis, qui regionem ipsorum contra insultus hostium tueri, vel & per hostes perdere & vastare possit. Hoc agere prophetas, salutem populi curare, prosperitatem regni promoveri & conservare, damna avertere. Quatuor vero characteres memorat Jonas cultus puri, Israelitis commendati: *Qui reveantur conditorem omnium, numen cæli*, unde omnia orbi proficua & Israeli salutaria edicat & velut enunciet & ordinet, *qui fierie mare, ut & aridum*. Quæ insignia videantur quidem eodem tendere, revera autem distinguuntur, ut distinctius hæc doctrina, idololatria sit opposita. *Conditor*, æternus verus deus, creator omnium, unius veri dei character, universis idolorum exercitiibus oppositus, quorum nulli ista competant, a quorum nullo grandia ista corpora sint profecta, a quibus adeo nec gubernentur. *Numen cæli*, qui cælitus det oracula sive gubernet cuncta pro sua voluntate & potentia: Contra idola, quæ oracula dabant, venditata, in angelis templorum, fuso certo, & fraude callida, sine fructu & usu, plerumque in exilium seiscitantium. Salutem regni



regni non quæri apud idola eorumque sacrificulos, sed apud supremum cœli numen, qui votis respondere unice possit, præstare que quæ desiderentur. *Fecisse dicitur mare*: Quod tamen ad creationem omnium pertineat, adeoque jam in principio dixerat, hic tamen seorsim & speciatim definit, quia tunc res difficilis, in visione ænigmatæve, agebatur *in mari*, in tempestatibus diris, cum periculo vitæ & navis. Pronunciat igitur studio, *Deum*, quem colat Jonas cum hebræis in Israëlè reliquis, *fecisse mare*, quod est, nullum numen gentium, nullumve idolum a nautis invocatum vel hilum juvare posse in præsentî fato, solius dei, qui mare fecisset, esse consulere rebus præsentibus ancipitibus & periculosis, Hunc solum esse invocandum, hunc solum esse hujus tempestatis autorem, in hujus manu positum esse componere fluctus & sedare tempestatem, reddere tranquillitatem, liberareque a naufragio & ab exitio. Quare additur & alter character, *qui fecit & aridum*: qui jam sollicitè laborarent de navi ad aridum ducenda adeoque liberanda & servanda: Deum posse illos ducere in mari tranquille ut ad aridum seu terram lati redire queant & salvi, posse etiam illos ab arido arcere, fluctibus jactare & pro arbitrio mergere, reditu ad aridum negato. Hæc in visione oblata & pronuntiata, pro professione Jonæ edenda. Hunc verum deum se timere ac revereri edicit Jonas, nomine suo & ceterorum. Qui timor integritatem universi cultus veri designat, quod unus ille sit, qui bonos servare malos perdere possit, a quo omnium dependeat salus. Tantoque sollicitius *timoris* nomine totius fidei suæ vim exprimit, quanto pro præsentî suo casu apertius *delictum suum* erat confessurus, *qui fugeret a deo*, cujus vindictam merito in præsentî tempestate expavelceret.

Hæc in visione pro nautis: Extra illam Israëlitis lectoribus denunciat illa confessione regulam fidei & doctrinæ, qualem profiterentur propheta, & quam Jeroboamus idololatriæ præferre deberet, tum ratione sui tum totius populi. Suadet oblique, mittere idola stipites & truncos, fucos & fraudes, & colere verum summum numen a quo omnia. Commendat igitur veram puramque doctrinam regno, ut boni audiantur, qui salutem regno parent, Reformari optat cultum & doctrinam corruptam, quæ in populi & regni vergat perniciem. A conditore universi pendere prospera & adversa: a numine cœli expectari vera & salutaria oracula

& re-

& responsa: ab eo qui fecisset mare & aridum peti utriusque u-  
sum desideratum, aut clarius, regni tempestates & tranquillita-  
tem in dei esse manu. Symbola illa sunt, aut symbolice dicta in  
visione, pro praesenti illo regni statu: *Mare fecisse dicitur Deus*,  
quando orbem gentium suis instructum regibus & vivendi ge-  
neribus ita constituit, ut fluctuent semper, in inquietu-  
dine perpetua: *Mari* simile esse pro divina providentia, gen-  
tium imperia. Sed & *aridum a deo*, regimen tranquillum, quod  
Israelitis sit destinatum, constans, vegetum & firmum, in feros  
posteris propagandum. Cum ergo & mare & aridum, non so-  
lum physice, sed & morali usu, vagum & inquietum regimen,  
& constans ac tranquillum sit in manu dei; agnosceret oportere  
Jeroboamum & Israelitas, deum unum posse regno dare quietem,  
posse & demere, adeoque bella impendentia, turbines &  
tempestates, divinitus immitti; hostes a deo mitti, qui poenam su-  
mant a malis & pravis, sed & illos arceri a poenitentibus emen-  
datis: Fortunam regni utramque a providentia divina proficisci.  
Jonas visionem suam & in mari fata contextendo, Jeroboamo to-  
tique regno salubre consilium suggerit, ut suo tacite fungatur  
officio, aliud agendo. Oblique rogat, monet, quod aperte dice-  
re nefas erat.

v. 10. Sed quid confitente Jona nauta? *Timuerunt viri vehe-*  
*mentissimi.* Haec in visione, pro symbolo, Israelitas, superiora ex-  
pendentes, merito expavescere, salubriaque prophetarum consi-  
lia amplecti in suam salutem. Exempli loco illa effigiata, ut ve-  
lut in speculum intuerentur omnes. Timendi causam esse, ait  
oblique, qui ferre non potuerint virorum bonorum monita salu-  
bria, in regni prosperitatem, qui impediverint dicentes. Unde il-  
lae in regno calamitates ortae sint & oriturae amplius. Commen-  
datus hic in imagine dei timor & sensus poenae, est obliqua con-  
victio depravatorum morum, qui impatientes monitorum de-  
mendatione publica sibi attraxerint tanta mala & hostilia arma,  
ab illo in cujus manu sit regni prosperitas & calamitas.

Dixerunt posthac nauta pavidum, deum summum reveriti, ad  
Jonam, sciscitando ulterius, quae tandem timoris illius in Jona  
causa, cur metuat deum summum vindicem? Quodnam sit pec-  
catum, quod in illum commisisset? Quibus *dolere pectoris sui re-*  
*cessit: Quod a deo illo, omnium conditore ac gubernatore, fonte prosperi-*  
*tatis*

*ratio ac damni, aufugisset quoad se & populum.* Quæ confessio in visione coram nautis, est pro symboli & ænigmatis scopo, nuncium, publico hoc scripto regi & populo factum, *regni calamitates, cum impendente illius exitio, originem trahere a fuga a deo:* Deum vindicare hanc fugam hac maris tempestate. Pro symboli significatione submonet Jonas, *silentium prophetarum*, non solum suum sed & ceterorum integrorum virorum, regni & populi damna esse certissima eaque irreparabilia. *Fuga prophetarum a deo*, sepositum in-junctum dicendi officium pro salute communi, sive spontaneum ex contemptu, sive coactum & imperatum adeoque invitum silentium, publicam parere ignorantiam, quæ anfa fit dilabendi in avia, a deo ad idola, ad superstitionem, a recta via in errores declinandi, a virtute porro ad vitia & scelera. Hæc de prophetarum statu illis temporibus, quos metus retineret, quo minus dicere verum & salutaria auferent, temerariis fatis omnia relinquentes, unde idololatriæ tyrannis, cum perditis consiliis inter hostium arma. Sustinet autem porro propheta *totius populi personam*, quem supra jam dixerat *a deo discessisse & ad idola abiisse*, quod hic iterum repetit, ejusque damna denunciât, dirissimas bellorum tempestates. Optat hac visionis textura propheta, hæc omnia bene expendi, pro communi regni bono.

Cum hæc ex Jona accepissent nautæ, obstupuerunt, dicentes: *Cur hoc fecisti? Cur fugisti a deo?* Quæ aperta reprehensio, ratione symboli nunciat regno Israelitico tanti negotii difficultatem, velut indignissimi facinoris: Prophetas filere, nec dicere, nec monere, finire omnia ruere & rapi, indignum esse; multo indignius, & populum a deo ad idola abripi: utramque a deo fugam perniciosissimam esse, regno exitialem.

v. 11. De remedio mali sui præsentis & perseverantis solliciti dehinc nautæ, cum causam nossent & velut autorem deprehendissent ipsum Jonam, sentiunt non obscure, prius quietem maris non esse expectandam, quam illud mali, unde ortum, esset sublatum. Moris autem erat, tale piaculum e vita tollere, hominem talem extingui oportere. Modum necis cum dubii definire nollent, anxii ex ipso Jona *quarunt*, quam expiationis suave necis viam ac modum eligere mallet: *Quid faciemus tibi, ut desistat æstus maris a nobis? Mare enim non cessat æstare.* Hæc in visio-

ne sollicitudo nautarum. Cui par commendatur velut in exemplo Israelitis circumspectio, quid de prophetis silentibus ultra fas, statuendum censeant, belli motibus crescentibus cum annis, & regno defetifcente magis. De utrisque ergo quæstio: de prophetarum silentio, & de populi fuga a deo, seu idololatræ cultu: Quomodo utrisque consulendum? Prophetas peccasse, sed & populum deliquisse, utrosque suo genere & modo, illos silentio, hos cultu profano, utrosque a deo fuga. Expiationem restare, modum non patere, sed quæri, pro tranquillitate regni restauranda.

v. 12. Jonas consulentibus nautis respondit, in visione: *Tolle me, & projicite me in mare, quomodo aſius maris deſiſſet a vobis.* Cruentum appareat consilium Jonæ de suo capite. Noverat, de vita sua jam actum esse juxta ordinariam sententiam, vita hominis mala publica expiandi: Undis proinde mergi vult, ut expiato delicto redeat tranquillitas. Subindicans, neminem mederi posse regni malis, nisi primum prophetæ, qui nimium siluerant, corruptioni publicæ non medentes, dent pœnas, quæ sunt, fluctibus objici, tempeſtatibus dedi bellicis; ab illis facultate dicendi sumpta, non nisi ab inviris indulta, periculis vitæ exponi: Prophetas teneri cum discrimine vitæ suæ dicere & consulere populo afflicto, quocunque ferantur, sive in patria superstites, sive ex patria missi, cum aliis emigrantibus emigrare etiam debere illos, communium damnorum participes, onus commune sustinendo: Si nolint posterum dicere ubi oporteat, exilium cum populo & illis esse paratum. Populo autem a deo hæctenus fugienti paratas esse maris undas, exilia in gentium terras, qui captivi abigantur in peregrinas Assyriorum præfertim regiones. Exilium esse emendationis remedium securaturæque expectatæ tranquillitatis principium, qui, a reditu etiam quorundam, cautius sint acturi, idololatria abjecta.

v. 13. Consilio mergendi Jonæ audito, horrore quodam percussis hæſitarunt, qui potius de novo tentaturi essent, si qua navim ad continentem ducere possent, sine illa apparente cade: *Sulebant viri illi mare, si qua navem ad terram ferre possent!* Qui in visione horror & evadendi conatus, symbolum omnium aliorum conaminum in regno, circa illam prophetarum periculofam dicendi

dicendi libertatem, ut & citra exilii duri fatum triste. Amoliri omnia illa conaturos antiftites regni, nec prophetis data dicendi libertate sine vita discrimine, nec exilio populi permittendo. Tempore Menachemi, Israelitarum regis, anno regni primo, quando Sardanapalus armis invafit ifraelem, omnibus viribus laboratum, & anxie confultatum, de regno liberando, ingentibus etiam muneribus Sardanapalo frustra datis.

Conatus ille evadendi ad continentem, nautis non fuffecit in vifione: *Non poterant, quia mare pergebat vehementer afuare.* Pro fymbolo, bella in Ifraelitas per Affyrios femel cæpta, per Sardanapalum primo advefta, non ceffatura, per Tiglat Pilefferem continuanda, et per Salmanaffarem ad fummum provehenda, usque ad gentis Ifraeliticæ, per intervalla etiam fua, in hoftium terras deportationem. In quibus turbis in exilium abeuntibus multi etiam boni exituri, qui cum potuiffent dicere & debuiffent, filere autem maluiffent, communi clade affiendi.

v. 14. Nautæ, non folum Jonæ fed et fibi metuentes, cum non perviderent fine undis remedium, ante omnia cæpere exclamare & Deum precari, qui illis condonet cædem & perniciem Jonæ, quem undis effent commiffuri: *Invocarunt deum, dicentes: Obfecramus, o deus, ne percamus ob vitam hujus viri: Ne fanguinem infontis hominis nobis imputes.* Exiliis populi & multorum in illis bonorum virorum ingruentibus, Sardanapalo, TiglatPileffere, Salmanaffere de Ifraele triumphaturis, anxios omnino futuros regni Ifraelitici præfides, agniturosque, populum mifellum, cum optimis viris captivis, alio emigrantibus, culpa carere, plebem cum bonis civibus tribuendum effe, qui non fiverint dicere qui potuiffent, nec audire quæ neceffaria pro communi bono: Antiftitum manibus illos abjici & undis velut mergi, in exilium protrudi, vitæ difcriminibus extremis objici. Agnituros illos fuo tempore, fero tamen, culpam, non populi fed fuam, opus habere fupplicibus precibus apud deum, qui remittat illis hanc populi miferiam, in illos concitatum, deprecaturus vindictam divinam ab ipsis fumen dam, interitum populi pofcendum effe e manibus præfidum, per quos illi perierint imbecilles & infontes, non moniti nec in-  
ftructi.

Addunt nautæ in visione irrefragabilis divinæ providentiæ normam: *Profecto, o Deus, ut vis, facis.* Jonam mergi, non sine nutu divino. Oportere id fieri, urgente Deo. Pro scopo symboli: Immutabilem esse dei sententiam, de populi Israelitici exilio, per Assyrios parando, quam dei manum præsidet populi sint suo loco & tempore abunde agnitori, cum publico omnium dolore & gemitu.

v. 15. *Sustulerunt ergo Jonam & projecerunt eum in mare:* Nautarum facinus, pro tristissimo visionis spectaculo: Dum prophetæ bonive viri cum populo emigrare ex patria in gentium terras iussi, exules, velut undis merfi. Quomodo primum tribus trans Jordanenses, dein intra Palæstinæ fines, tribus Naphtalitica, postremo decem tribuum reliquiæ in Syriam captivorum more abierunt, quinquaginta fere annis exhausti & sedibus pulsati omnes.

*Ex eo mare astuare desit,* pro visionis tenore. Exules, servos in alienis terris degentes, subditos devotos, patriæ relicturos vacua loca, & hostes daturus quietem. Ante non fore in Israele tranquillitatem, quam exilio Israelitarum bella terminentur, quieturos hostes, his populis subactis & alio deportatis.

v. 16. Reliquorum in navi hominum reverentia erga deum ex eo magna, cum grandi emendationis suæ pollicitatione: *Timmerunt viri qui in navi, vehementer admodum, deum, constituerunt sacrificia offerre deo, voveruntque vota.* Hæc in visione. Prælagium, a plerorumque exilio, residuos emendationem sui promissuros, veram prophetarum purioremque doctrinam accepturos, sacrificia non idolis sed vero deo offerendi animo vel promisso, cum votis munerum deo pro vero cultu offerendorum. Calamitate exulum hos iri territum, & vel in speciem emendatum.

## CAP. II.

v. 1. **C**ontinuata ejusdem visionis serie, quando Jonas, bonive viri, cum israelitica gente, in mare præcipitati, sive inter gentes dispergendi, *exulum porro fortuna* in visione est effigiata: *Paravit tunc deus piscem magnum,* advexit illum in locum ubi Jonas projectus, pro visionis conspectu. Pro symbolo, exulem inter Assyrios israeliticam gentem, in quibus & ingenui viri, non a deo penitus iri abjectum, sed prospecturum esse illi de eius conservatio-

vatione, contra opinionem eorum, qui omnes extingui vellent. Exilium tendere in emendationem eorum non perniciem. Quo solatio opus maxime, ne animum desponderent & gentibus misti illis se dederent, vero dei cultu abjecto.

*Absorbuit*, pro visionis spectaculo, *piscis ille grandis Jonam*. Pro symbolo, in Assyriaco illo exilio gentem latituram, exitu negato, donec deo eos liberare & patriæ reddere placeat.

Qualis piscis in apparitione conspectus aut astimatus sit non definitum; ex quantitate tamen circumscripta, ex magnitudine, & tanta quæ hominem integrum capere & tenere in ventre posset, quin & ex deglutiendi ac per fauces demittendi modo, abunde designatur, Patrum jam primitivorum observatione, *κωων κελυγος*, *canis marinus*, *carcharias*, in mari mediterraneo frequens. Non balæna, nec cetus, nisi voce ceti generatim de monstro marino sumpta, quod balæna ob faucium angustiam hominem absorbere non possit. Inter piscium vero magnorum, monstrorumque marinorum genera nullum faucibus magis distentis, quam *carcharias*. Historicis quoque relatum passim, captos in mari hos pisces gestasse in ventre viros integros, etiam armatos, cataphractas, extinctos tamen, quod celebris illa faucium asperitas dentibus prægrandibus & acutis sit armata, quæ vivum non facile finat illabi, nec sine vulneribus descendere; præterquam quod suffocatio ex intercepto aere & undarum affluxu sit præsentissima: Quod in hac visione portentosissimo exemplo evenisse aliter, mox indicabitur: Hic enim *carcharias* in mari mediterraneo *Jonam* e navi exoneratum absorbuit integrum, illæsum, vivum, divina providentia aperta, nautis in visione inspicientibus & stupentibus.

Symboli vis extra visionem collimat in exilii israelitici sedem sub imperio Assyriaco. Atqui, uti *nova Ninus* ad Tigrim ultra mesopotamiam nova sedes Assyriorum, quam a temporibus Gideonis, quingentis ferme annis jam tenuerant, ita *verus Ninus* sedes Assyriorum antiquior, ante Gideonis tempora, in primo Assyriorum fundo, in Syria, versus Euphratam, cis Mesopotamiam, hæud longe ab urbe Zeugmate, in Armeniæ finibus, quæ cum Bambyce s. Hierapoli & Samosata in Comagene ab Ammiano Marcellino ponitur, & a Philostrato inter Antiochiam & Zeugma locatur. Multo adhuc antiquior alia Assyriorum in Syria sedes *Arcthesa*, ad orontem, in Coelesyria, ut sedes regum mutantur pro

regiminis potissimum extensi vel mutati finibus. De quibus omnibus nos alio loco aptiore distincte. A Jona non nisi circumscriptio *magni piscis* Assyriorum indicatur sedes, ut allegoriae ceptae accommodaret omnia, ubi de mari sermo & rebus marinis. Urbis adeo *magna* effigies formatur *piscis magni* conspectu. Urbs autem pro regni ambitu, aut regiminis fundo apud omnes ponitur gentes, ut metropoleos alicujus aut urbis majoris fiat mentio, toto imperio aut regno intellecto, pro figurarum fuero usu in sermone humano. Et hic idcirco *magnus piscis magna regia sedes in magno extero imperio*, qualis erat aetate Jonae ninus nova seu Ninive: quod pro visionis scito ordine in rerum futurarum significatione satis erat superque. Eventus, praesagiorum lumen, a Sardanapali prima in Israellem expeditione, cepit generales illas prophetarum circumscriptioes illustrare ac determinare. Absorpti Israelitae a magno pisce, in Assyriacam ditionem exules deducti. Quae exilia Israeliticae gentis in Assyriacam servitutem, sub Sardanapalo, Tiglatpilessere & Salmanassare, suo loco ordine suis tribuimus sedibus, non in Assyria remota ultra Tigrim, sed in Assyria vera antiqua Syriae, quae Palaestinae propinqua; Quae vetustae topographiae momenta, pro veris decem exulum tribuum *in Syria* sedibus, quae antiqua *Assur*, declarabimus aliquando plenius. In has sedes omnes uno generali magni piscis nomine & idea praesagia Jonae collimarunt, *Ninive* regni Assyriaci domina *pisci magno* simili.

Assyriaca illa Israelitarum servitute denunciata & in imagine delineata, suggestit visio prophetica servitutis indictae & praesagita tempus quoddam: *Jonas in ventre piscis illius habitavit tribus diebus & noctibus*. In Jona gens Israelitica exul. *Triduum*, trium dierum & trium noctium, diserte tres dies & tres noctes videtur definire velut integras, quod pro visionis apparitione ferri potest, nihilominus & communi hominum eloquio & scripturae stylo, tridui illa plena circumscriptio non nisi *tertii diei intervallum aut terminum* designat, tamen vel duae solum noctes intercesserint, primi diei vel sine, & tertii diei initio, medio integro, aestimatis. Hic interim perinde quae tridui mensura praefertur. Visionis triduum, historiae externae tempus effigiat ratione exitii Assyriaci duraturi indefinitum, non nimis tamen longum. Ternarius numerus rotundus, uti septenarius, veteribus usurpatus definitus



nitus pro indefinito, breviori tamen aut minori. Praesagit visio exulibus servis liberationem ac redintegrationem reditumque, ubi in exilio poenitentiam egerint. Quod reditus praesagium, conditione repetita, ab omnibus sequentibus prophetis, Jeremia etiam & Ezechiele, subinde renovatum, cum ceteri prophetae omnes idem apertius dicerent, quod Jonas visione adumbraverat & symbolis elocutus fuerat. Jonas praevit imagine, reliqui explicarunt imaginis omina & indicia.

v. 2. Consilium poenitentiae dat exuli Israëli Jonas, in visionis imagine, suo exemplo, in piscis grandis ventre harentis, qui in illo velut carcere, in tanta angustia, ad deum se converterit, orando & precando: *Invocabat Jonas deum, numen suum, precibus supplicibus, ex ventre piscis.* In servitute Assyriaca quid Israëlis exuli faciendum sit, exemplum docet Jonæ, in effigie hac: orandum esse, & non idola amplius invocanda, sed verum deum, numen æternum. Commendatur illis serua poenitentia, ut idolis missis, deum unum, summum numen agnoscant, & ad illum animum mentemque dirigant. Quod exilii remedium ab omnibus dein reliquis prophetis exulibus commendatum. Venter piscis, servitutis & captivitatis imago perapta, angustiae ac miseriae in exilio effigies luculenta. Preces ex ventre, devotio exulum, captivorum, qui velut carceribus clausi, sub duro jugo exterorum.

v. 7. Suggestit Jonas suo velut in ventre orantis exemplo formam devotionis, poenitentiae, precum, totiusque pectoris, quod exules induere, quoque affectu in deum ferri debeant.

Animum sumere jubet, non a deo fugiendi longius, sed accedendi aut appropinquandi, certa auxilii fiducia: *Invocabo in angustia mea deum.* Quod pro visionis indole suo declarat factio suoque ore, id optat exules praestare opere in sua captivitate ac servitute. Non invocanda amplius esse idola, ut in patria fecerant, sed unum solum deum. In exilio disci hanc devotionem, quam non docuisset patria. Calamitatem esse disciplinam fortem & penetrantem. Angustia Jonæ in ventre piscis symbolum angustiae & calamitatis Israelitarum in exilio, in exteris terris, alienis dominis.

Fiduciam in deum servatorem in suo pectore, exulibus monstrat Jonas: *Ille exaudiet me.* Captivorum pectori inscribit fidem in deum ponendam, qui liberare & possit & velit, patriae reddere extorres, servos, poenitentes & emendatos. Format hu-

jus

jus suæ orationis argumento & formula sensum fidei in animis afflictorum, servitute aspera, in peregrinis terris. Optat, illos sub jugo, in manibus austerorum dominorum, sub servitutis onere, suis his uti verbis, eodemque affectum esse animo. Vividissima profopoeia exulum devotorum, & ad pristinam libertatem aspirantium, dei gratia & auxilio.

Ex fundo velut exitii, *ex ventre lethali, ex ventre piscis* in quo certissimum exitium, *clamo, exaudi vocem meam*. Idem os Jonæ in exemplo, & exulum facti, spe & voto Jonæ; quæ prudentia Jonæ admirabilis ad seriam devotionem exules invitandi, ore velut & pectore illorum formato. Quæ est profopœiarum vis magna. *Exaudiri* velle, salutis desiderium, & libertatis votum, non idoli sed dei potentia & misericordia. Quod in patria non agnoverant, in exilio agnitum iri præsignificat: Exilium rigidam fore & tantum non violentam disciplinam, quæ veram salutis ac prosperitatis viam docere possit, quæ ab idolis ad deum pelliciat aut trahat.

v. 4. Agnoscere ante omnia suadet, suo præeuntis ac præfantis exemplo, præsentem calamitatem, in prægravi servitute, justii judicii divini esse decretum: A deo, dudum præmonente, miseriam illam esse paratam, e patria se esse ejectos divina manu. *Projecisti me in vastos fluctus*. Pro visionis eventu, Jona in fluctus maris præcipitato, Israël in exteras terras pulso, ubi omnia inquietata ac turbida, periculi plena, imperio aspero & difficili, vulnera & cadem minitante. Exilium par vagis fluctibus; in exilio hæere idem ac fluctibus rapi & jactari, cum discrimine vitæ, momento finiendæ. Uti gentium regna cum mari comparata, toto Jonæ negotio scitissime huc composito, allegoria elegantissima, ita tota etiam hæc oratio, ut Jonæ in mari ita & Israelitici populi in extero gentium regno, paribus figuris nervosè contexta.

*Præcipitari me in pectus maris*, ait porro Jonas, pro visionis ordine, velut in fundo maris cum pisce hærens, dicereque suadet exules, in exteris terris, velut maris gurgitibus hærentes. *Pectus maris* est profundum mare, idque pro symbolo penetralia exterarum terrarum. Deo hoc judicium, hanc exilii penam, tribuere jubet Jonas, a quo omnia proficiscantur fata, prospera & adversa.

*Flumina cingunt me*: idem bis terve dicitur, pro affectus æstu, sive Jonæ sive exulum ore: Aqua, maria, flumina in mare se one-

onerantia, pro visionis modo, imperium exterum pro exulum fortuna. Fluminibus in mare lapsis cingi, est in extremis versari periculis sub jugo dominorum exterorum. Videtur studio adhibita vox נהר *fluminis*, fluminum, ad oblique subindicandum *Euphratem*, Syriæ flumen maximum, nec non *Orontem*, qui totam Syriam fecat, ipsumque Tigrim, intra quorum fines israelitæ exules sub Assyriaco imperio coerciti.

*Omnes astuantes fluctus tui transiunt super me*, quibus obruor. Jonæ ore in ventre piscis, qui in undis & fluctibus, & exulum sensu difficillimaque experientia in servitute sub gentium potestate. Quæ servitus passim tot stipata calamitatum generibus, ut vitæ milites impenderet discrimen.

v. 5. Pro periculorum & adversitatum mole *desperabundus fere animus* deo in precibus velut offertur & ob oculos ponitur, tum a Jona tum exule populo: *Quoniam non immerito dixerim, me expulsus esse & abjectum a facie tua.* Spes salutis exigua vitæ superesse Jonæ & exulibus servis ad salutem recuperandam. Quæ vox querula duræ servituti congrua. Nec enim captivis spes libertatis vitæ superesse, nec præ desperationis impetu cupienda. A facie dei abjici, phrasi civili, ex curia regum aut judicum petita, notat iram regis aut judicis sententiamque decretoriam de ultimâ cæde, sine spe melioris fati aut vitæ. Exules a facie dei pulsos esse, erat e patria & ab illius usu & fructu abigi in exteras terras sine spe reditus, sine gratiæ expectatione, immutabilem esse externi exilii sententiam. Hac formido exulum non injusta, præ Assyriorum potentia, ex quorum manibus elabendi & in patriam redeundi nulla via aut facultas, sine singulari dei ope.

Huius desperationis periculo opposita *fiducia pectoris fidesque in Deum, in spem salutis: Attramen videbo iterum templum sanctitatis tuæ.* Non obstantibus, inquit Jonas, infinitis vitæ periculis, uti in undis ita & in servitutis molestiis sub Assyriaco imperio, nihilominus confido me visurum iterum cælum, dei velut palatium & basilicam. Videre cælum, est redire in lucem ex fundo maris, pariter ex duræ in exilio servitutis velut morte redire in vitam, in patriam. Deum videre, dei palatium videre, est auxilium dei potentis videre seu experiri, in quocunq; difficili casu aut statu. Hac pectoris fiducia ut in undis ita in exilii carceribus ac tædiis. Alibi templi hierosolymitani est designatio, quod instar palatii supremi regis, sed & templi supremi cœlive est index.

E

v. 6.

v. 6. Idem spei & fiducia affectus ut in Jona in imagine in  
 imis fluctibus, ita & in populo Israëlítico in tristi captivitate au-  
 getur amplius vividiusque, quoniam hoc caput rei & libri sym-  
 bolici, in immutabili captivitate præfagita animum addere exuli-  
 bus in spem liberationis divina gratia: Quod difficile admodum  
 fit animum sumere sub intolerabili adverfitatum, inprimis exilii  
 & servitutis mole. Opus igitur Jonas vidit multa arte, multis af-  
 fectibus, verbis & suasionibus, pro erigendo exulum animo in  
 spem libertatis. *Circumdet me aqua ad ultimum usque halitum; pon-  
 tum me conclusum teneat; alga alligata sit capiti meo: v. 7. ad imas mon-  
 tium radices descenderim, ut terra velut vestibus suis me relictura de-  
 functum videatur in perpetuum.* Certi ut in undis ita & exilio exitii for-  
 mido terribilis, figuris valde appositis & allegoriæ congruentissi-  
 mis effigiata: Non apparere spem vitæ nec libertatis, vitæ & for-  
 tunæ finem indubitato impendere. Qui affectus & metus affli-  
 ctorum in inexplicabilibus illis angustiis. Et nihilominus, pro  
 malorum magnitudine fiducia par robur in Jonæ imagine & in  
 exulum pectore: *Tamen produces ab interitu vitam meam, o  
 deus, numen meum.* Hunc animum optat miseris ac desperabun-  
 dis exulibus, vitam ex undis, libertatem ex servitute sperandi,  
 fiducia in deum posita. Artis opus, exules servare, munire solatio,  
 ne abjecto animo ad idola abeant, dei providentia spreta, &  
 gratia temta.

Crescit adhuc oratio, ut periculorum & molestiarum sensu  
 ita & fiducia teneritudine, tum ratione Jonæ in undis pro ima-  
 gine & symbolo, tum pro Israëlitarum in exilio calamitose statu:  
*Dum deficiat in me animus meus, deum agnosco.* Animi in miseria lassæ  
 & ferme defertissentis effigies, sive in Jona in pisce adeoque in un-  
 dis, sive in Israele in Assyriorum tyrannide: utrobique præsentissi-  
 mum deliquium, & in illo vitæ spes. *Deum* pronunciat Jonas se  
 agnoscere, non idolum, non hujus sed illius esse servare, ita & I-  
 sraëlitas oportere in exilio non idola sed deum agnoscere servato-  
 rem ac liberatorem: idque in exilio facturos Israëlitas præfagien-  
 do optat & confidit: Quorsum totus tendit libri nervus.

Quæ spei, ut in undis ita & captivitate, firmitas roboratur  
 exaudiendarum precum certitudine: *Venit omnino ad te oratio mea,  
 ad sanctum tuum palatium, cælum.* Ad deum dicitur venire dum  
 audit, dum juvat, dum vota implet, more regum, qui exaudi-  
 unt in suis palatiis vota supplicum & desideria implent.

v. 9. 10. Emendationis certæ pollicitatio in fine subjuncta, non vana fore emendationis secururæ promissa, dummodo ex undis ab exilio contingat vita & libertas: *Recineant alii idola sua vana, & pietatis suæ promissa deserant: Ego tamen debita devotione sacrificabo tibi, quod spondi solvam.* Corripit Jonas, in visionis umbra, illos Israelis antistites & præfides, qui juxta *capitis i, versum 6* cum populus in exilium iret, sponderant deo emendationem & puriorem cultum, sed promissa non seruant, non emendati, nec integritate cultus restaurata. Exulum majorem fidem urget, & præfigiendo aut præfigurando commendat, qui non sint immemores futuri sui in exilio promissi, sed bona fide a reditu præstaturi, idolis relictis & vero deo culto.

Clauditur oratio, Jonæ in undis pro exemplo, Israelitarum in exilio pro consilio & regula, universo fidei nervo: *Salus est dei: Dei est servare, ut in undis & maris fundo, ita & in servitute & exilii calamitate.* Quæ confessio omnem doctrinæ & cultus puritatem comprehendit, quam deo spondeant reduces, exilio edocti ac emendati.

Quæ supplex pœnitentium servorum exulumve oratio pro consilio salutari in impendentibus regni tempestatibus, hostibus furentibus. Tam bene consultum voluit Jonas regno & genti in proximis extremis malis, quibus pessimum videatur iturum regnum, qui scopus libri universæque visionis symbolica.

Precibus illis, pectorisque affectibus commendatis, subjuncta libertatis secururæ vivida & luculenta effigies in Jona ex undis emergente & evadente salvo: *Dixit deus pisci, ut evomeret Jonam.* Dei providentia in Jona ex undis servato, & par in populo ex servitute liberato. Visionis spectaculum admirabile & jucundum symbolum blandissimæ ac desideratissimæ salutis ab exilio: Prævia illa in exilio pœnitentia fideque firma, secururum optatum in patriam reditum: *Evomit ergo piscis Jonam in terram,* Exemplo Jonæ in effigie in terram ejecti, Israel e faucibus hostium emerfurus affirmatur, & in pristinas patriæ sedes reversurus: Qui emendationis in exilio fideique in deum non idola posita dulcissimus fructus. Qui scopus omnium libelli imaginum & dulcium simulacrorum. Hoc enim hæctenus omnibus illis effigiebus actum, ut detegeretur palam, Israeliticam gentem sua corruptione mereri exilium, justo dei judicio, idque hæctenus

esse inevitabile ob incorrigibilem illorum animum. Dein, prophetas suo silentio intempestivo calamitatibus publicis viam parasse, qui populum edocere rectius debuissent. Sed & antistites regni potissimam esse causam damnorum in regno populique pereuntis, qui non curaverint illi prospici salubri doctrina & vera morum emendatione: Misellam plebem perire non sua sed praesidium culpa; populum infontem exilio plecti delinquentibus capitibus. Denique populo superesse spem salutis in exilio a seria poenitentia, fide in deum non idolum quodcumque posita.

### CAP. III.

**P**Rænunciata & praefigurata symbolis tum corruptio publica tum exilii poena, tum emendationis indeque & salutis spes, uberius adhuc & propius novis visionum ideis & figuris illustranda fuit. Quamobrem novum sequitur *luculentum emendationis exemplar ad Jonam secundum*. Perinde fuerit, sive distinguatur haec visio a priori, sive una serie cum priori connectatur. In aliorum prophetarum visionibus & imaginibus continuatis *his terro* dicitur, *factum dei verbum ad hunc, illum*. Unius a deo visionis ambitus multa comprehendat oracula velut per intervalla. Et hic ergo cohaerent longae visionis sequelae. Effugiata prius poenitentium fortuna serena, reditu ab exilio: Sed & jam porro, tum residuis in patria tum reversis aut reverfuris *denuncianda iterum iterumque poenitentia*, ob idololatriae reliquias non solum, sed & scelerum incrementa. Dixerat enim antea, *cap. 16.* antistites & in patria reliquos promittente deo emendationem & fidem, sed & subinducaverat, *c. 3. 9.* illos non praestare promissa. Quamobrem & horum poenitentia fortius commendanda, ne primum exilium excipiat secundum, sine reditu.

Dictum igitur de novo ad Jonam in visione: *Age, i ad Ninum urbem magnam, & nuncia illi, quod tibi dico.* Et hic ut antea in priori visionis periodo, *Ninus* pro symbolo *Samaria*. In Israelitarum regno, etiam exilio quodam mutato, constanti opus esse poenitentiae nuncio, sub periculo rediturae poenae & majoris.

*Ita Jonas ad Ninivitas. pro mandato divino, pro visionis ordine:* Novo argumento Samaritanis vel Israelitis inculcare instituit, scriptis

scriptis symbolis, mutandos esse mores aut eundem ad externos, Et magna quidem urbs Ninive, pro symbolo regni Israelitici, non parvi, tamen ad ditionem Assyriacam, multo minus ad regnum Assyriorum accederet. Nec enim quantitas & hic attenditur substantiæ, sed analogia regiminis exteri.

*Commeavit per tres dies in urbe.* Triduum & hic definitum pro plusculo tempore, indefinito temporis intervallo. Triduum in visione, temporis sui longa series, quo Israelitæ moniti per prophetas, annorum & intervallorum nulla certa mensura: Ut Jonam exceperet Amos, Hoseas, aliique, usque ad regni Israelitici exitium.

*Cum uno die commeasset per urbem,* cepit Jonas nunciare, *intra quadraginta dies perituram urbem,* nisi emendarentur. Pro visionis textura & luce tempus iterum definitum pro indefinito, non proximo quidem sed paulo remotiore. *Everti urbem* non est solo æquari, sed occupari & subjugari, imperio sublato aut mutato. Quomodo Ninive sub Sardanapalo primum subjugata, sub Tiglatpilessere & Salmanassare adhuc floruit & serius, donec tandem deleretur prorsus. Et Samaria plus simplici vice occupata, nec nisi serius deleta. De *dominio* intelligendum ubi de *urbe* sermo. Ninitarum jugum in visione, Israelitarum significatione & scopo. *Adhuc 40. dies,* non terminum præcisum, sed spatium temporis intermedii designat, intra illud tempus id eventurum. Dies pro annis sumi in sacris solenne. Quod si hoc modo stricte hæc accipiantur de annis, a Jonæ ævo, quin & a Jubilæi initio usque ad primam Nini expugnationem sub Sardanapalo, anni abiere 60. Sed ad Samariæ finem circiter 36. qua ratione intra 40. in Samaria fati illius evenisset terminus. Verum in præfagiis non ubivis vel dierum vel annorum numerus præcisus, sed eventu temperatus. Et hic 40. dierum spatium est alicujus non adeo longi annorum circuli ambitus. Quod Jonas hic fertur denunciassse Ninitis, idem cum Jona ceteri prophætæ proximi aperte & sine velo præfagiverunt Israeli, Amos in primis & Hoseas. Nuncium hoc Jonæ conditionem comprehendit pœnitentiæ, qua de satis jam ante dictum erat, nisi pœniterent moresque mutarent.

v. 5. *Credidere Ninivita numini,* prophætæ præfagio nomine summi Numinis: Pro exemplo, fas esse, Israelitas parem præstare fidem prophetarum effatis, quæ summi numinis nomine illis

edicantur. Quæ est obliqua inculpationis israelitarum, qui prophetarum monita salubria spreverunt suo cum damno, vel & silere jussissent: Quod nefas. Fides Ninivitarum in effigie visionis, non solum admonitio ad parem animi integritatem, sed & reprehensio prioris incredulitatis, verbis docentium neglectis aut sprete. Quæ fidei character est autoritatis supremi Numinis agnitio; edicta Numinis, quæ gens Israëlita sincera per prophetas nunciat valere, suamque vim habere indubitam & irrefragabilem. Habuerunt igitur pro veris, quæ nomine supremi Numinis edicerent prophetæ, dignis quæ audirentur & observarentur. Quæ Israelitis præsentibus & futuris pro documento, ut pari in dei effata ferantur affectu obsequioso. Fides Ninivitarum in effigie, in fidem Israelitarum opere & effectu.

Fides, dei verbis & denunciationibus pœnitentiaque nunciis habita, indicis aptis, pro seculorum moribus, mox est demonstrata, quando *indixerunt* Ninivita, pro visionis imagine, *jejunium*, & jejunii præstiterunt religionem, *induerunt saccos* aut cilicia *tum magni tum parvi*, pro fortunæ conditione & reipublica partibus. Quæ in visione rerum actarum effigies, agendarum est consilium & serium monitum: Israëlitas id jure agere, quod illi egisse dicantur. Seria in Israëlite opus esse pœnitentia.

v. 6. Ne quis vero privatam populi existimet devotionem, vel apud Ninivitas vel Samaritanos, vel fuisse in imagine vel esse debere facti, regis accedit autoritas, ut liqueat, totius regni fuisse & esse debere negotium: Totum regnum esse emendandum. *Pervenit res*, Jonæ, & affectus populi de justo jejunio ad pœnitendum, *ad regem Ninivitarum*, pro exemplo, quod reapse imitentur aut præstent Israëlita.

Et regis adeo Ninivitarum in imagine pingitur devotio, ad urgendum Jeroboami regis & successorum devotionem parem: *Survexit de throno suo, deposuit habitum regium, induit cilicium & sedit in cinere*, pro moribus illarum gentium ipsorumque Israelitarum. Hoc factu opus esse ait.

*Denunciatum* proinde *edicto regis & magnatum* Ninivitis universale jejunium. *Homines, pecudes, boves, oves, nil quicquam gustarent, nec pascerentur, nec potarentur.* Pro externarum ceremoniarum illis seculis cura, severa hæc pœnitendi ratio, in effigie in Ninivitis, opere reapse præstando ab Israelitis. Consilium & nutus pro-



❁❁ 39 ❁❁

prophetæ, Israelitarum regibus id agendum, quod ibi actum dicatur.

Devotio imperata *Ninivitis*, qui, pro more, induerent *saccos, vestes detritas, dolentes cum pecudibus*: Additis intensis precibus ad deum. Quod & faciendum *Israëlitis*.

*Converso singulis injuncta a moribus suis pravis, & quidem ab omni violentia & injustitia, quam exercuerant antea, sub corrupta idololatrarum doctrina, quæ non nisi fordes ferret. Calcaria hæc per imagines Ninivitarum, penitentium, convertendorum, ut idem integerrime præstarent Israëlitæ.*

v. 9. Pœnitentiæ junctæ a rege spes remissionis & misericordiæ divinæ in communem regni salutem: *Qui novit sua delicta & per vim acta, animum mutet. Ut & deus sententiam pœnæ & exitii mutet, qui ab ira sua, jussu supplicio indicto remittat, ne tota gens pereat.* Quod blandum nuncium, in exemplo *Ninivitarum*, per effigiem denuntiat aut subindicat propheta *Israëlitis*, qui in spem remissionis animum erigant conversi, nec dubitent de gratia devoti, idololatria abjecta & moribus emendatis. Alliciendi hoc pacto & blandissimo nutu invitandi *Israëlitæ* ad puriorem doctrinam & vitam, quod tantum non caput officii prophetici, consulere populo bene in illorum salutem. Animos igitur flectere magnæ opis erat. Non perituram gentem, sed servatum iri, si vellet res suas emendare.

v. 10. Prosper eventus secuta ex edicto regis conversionis *Nini*, salus publica servata, pro exemplo regni *Israëlitici* servandi pari animorum mutatione: *Vidit Numen opera ipsorum, quod mutassent mores suos pravorum*: *Ninivita* in visionis effigie, *Israëlitæ* operis secuturi æmulatione. Admonitio per exempla fortior quam per aperta verba. Seria pœnitentiæ commendatio in utrisque in eventum prosperum totius utriusque regni.

*Mutavitque adeo Numen suam sententiam de exilio populi Niniviti, quod denunciaverat, & statuerat, neque effecit quod impœnitentibus minatus erat: Tum in effigie in Ninivitis, tum in vivo Israelitarum corpore. Pro pœnitentia illorum pepereit, horum, parsurus, sententia exitii mutata. Quod solatium præfractam gentem emollire aptum natum, ut spe salutis vel servandæ vel recuperandæ rem omnem in melius mutare statuerent. Tanta tamque benigna prophetarum sollicitudo pro publico regni commo omniumque prosperitate.*

CAP. IV.

## CAP. IV.

**L**audatam dei misericordiam erga pœnitentes, ejusque spem indubitata, operosius illustrandam esse vidit Jonas, quod *certa gr̃avia spes præsentissimum esset emendationis remedium: Neque interim ullum pectori metuenti & tantum non desperati difficilius.* In mediis periculis, ubi nulla appareat elabendi via, animum sumere, majoris sæpe virtutis quam miraculi robor. Quamobrem Jonas in hoc porro argumento operosissimus, pro gente emollienda & in meliorem indolem mollissime pertrahenda.

Occasionem sumit Jonas, in visionis peripheria, a Ninive servata. Personam suscipit affectu rigidiorum ac immitium, qui indignum crederent urbem servari; *se inique ferre, & tantum non Deo succensere,* ait illorum animo. Qui ex inclementiorum persona dolor via ad asserendum magis & extollendum dei misericordiam, ex teneriori suo affectu, pro gratia in Ninive præstita, & in Israël præstanda. Ut scrupulos tollat etiam optimorum virorum, qui nolent talibus parci, induit propheta affectum dolentis, ut augeat gaudium pœnitentium ex uberiori gratiæ divinæ augmento & indubitata certitudine. Quanto impensior animi ægritudo in viris etiam bonis sed acerbioribus ex urbe servata, tanto mox gratiæ divinæ pretium majus, ex illa magis assera. Est etiam hic indignantis ex salute publica affectus, loco alius objectionis vulgaris, prophetarum prælagia non impleri, prædixisse Jonam exitium urbis, nec esse secutum, urbe semper salva. Prophetarum adeo verba non esse tanti, servari gentes & prophetarum minas expirare. Salutem urbium, adeoque & Samariæ, non ex prophetarum oraculis sed ex aliis mediis pendere. His utrisque se offendi pronunciat Jonas, qui utrorumque personam sustinet, ut ansam habeat demonstrandi, indubitata esse oracula fidemque mereri, & salutem publicam servatam & ab interitu vindicatam, esse miserentis dei. Immotam fidem gratiæ divinæ promissis habendam esse, nec attendendum quid imperitia plebis de oraculorum propheticorum eventibus pronunciet, aut quid videatur severis etiam optimis viris, parcere nesciis, & misericordiæ divinæ velut succensentibus.

v. z. Quam oraculorum propheti-  
corum indubiam, immo-  
tamque certitudinem gratiæ plenam, dum videtur impugnare af-  
fectu aliorum, valide sed oblique eo momento adstruit, qui in allo-  
quio divino, visionum more, enunciat aperte, se jam in officii  
principio firmiter credidisse ac prævidisse, infinitam esse dei er-  
ga pœnitentes gratiam.

Quasi etiam illius fuisset animi, non esse parcendum tam  
depravatis populis Nini aut Samaria, sed præstare illas funditus  
deleri: Hunc genium induit Jonas: *Orando ita compellavit deum:*  
*Obsecro o deus, nonne jam in principio, cum adhuc essem in patria mea,*  
*prævidi ita eventurum, servatum iri Niniven pœnitentem. Quæ*  
*certa salutis præscientia suasisse fugere Sardes, in alias terras: Quia cer-*  
*to noveram, quod tu, o deus, sis gratosus & clemens, longanimis & mi-*  
*tis, qui mutet sententiam de indicta exitii pœna.* Quæ oratio appa-  
reat dolore plena, cum sit solatii jam plênissima, & asseveratio  
potius fortissima, indubitata gratiæ diviniæ erga pœnitentes. Est-  
que simul tacita solutio objectionis, salutem publicam non ex  
oraculis prophetarum sed aliunde venire. Gentes profana jacta-  
bant suorum oraculorum eventus certos: Jonas divinorum effa-  
torum eventus asserit multo certiores, qui jam ante eventum fue-  
rit plene convictus de gratia dei erga Ninivitas adeoque Israeli-  
tas pœnitentes. Quomodo valide adstruit promissionum certitudi-  
nem, in primis de gentis pœnitentis salute, non obstante populi  
aut præfractorum jactantia, publica commoda pacemve servatam  
non a propheta prædictione sed aliunde proficisci. Pro rigoro-  
sis igitur mitigandis & pro dubiis & ancipitibus instruendis, ex  
affectu ceterorum majorem subinde præ se fert indignationem,  
quam in pectore videatur gerere, de eventibus prælagiorum, im-  
probis urbibus non everfis, & de improborum salute servata, quasi  
hoc esset indignum. Qui utriusque scrupuli in populo proni.  
Dolor itaque ex eventuum incertitudine & de intempesta mi-  
sericordia, extollitur tantopere, ut videatur prophetam adigere  
ad desperationem, ex persona aliorum.

Qui scrupulus, eaque doloris vehementia, exaggeratur id-  
eo, ut in repositione ac solutione sequenti, misericordiæ divi-  
niæ majestas eluceat fulgidissime & convincat hæsitantes fortissi-  
me: Misericordis esse dei non nostri arbitrii, nec fati aut casus.

*O Deus*, inquit, tacite objectiones aliorum urgens, velut sibimet succensens, tolle vitam meam a me, quia praeferat me mori quam vivere. Elegantissima prosopopoeia de interitu sui ipsius statuentis, & ad exitum maturantis. Sibi dicat exitium ut optat & velut poscit. Qualis indignantium animus, qui corruptissimam Samariam non deleri dolerent, misericordiae ferme pertasi. Sui interitus ex suo voto proximus. Haec per prosopopoeiam effigies exitium definientis, eodem modo sicut Deus exitium Ninives aut Samariae definiverat. Luculentissimum exemplum exitii definiti ab ipso Jona de se ipso, qui mallet perire quam vivere, qui veller a deo extingui. Exemplum exitii definiti manifestum, illustrius aut clarius definiti a Deo exitii Samaritani. Vita sua finem statuere & urgere, propria sententia, durius quam de aliena vita per deum statui & decerni, cum quisque se amet, nec de suo definiat exitio. Exitii igitur propria determinatio validior quam exitii alieni indictio.

v. 4. Quod ex se ipso petatum exemplum, aliorum persona & affectu, inexplicabili virtute & convincendi robore, fortiter urget propheta, ut misericordiae suamet mox secuta vim declaret operosius & vividius, quando mox sui etiam ipsius & misellae plantae est misertus, levi discrimine ingruente. Ut ergo via jam facta ad misericordiae dignitatem declarandam, exemplo exitii proprii definiti proposito, succedit declaratio gratiae praestantis, quando in visionis colloquio deus reprehendit Jonam: *Tunc recte jusseque irasceris?* Perditam urbem voluisses, pro aliorum affectu. Quae est negatio. Male prophetam in dubium vocare dei misericordiam, qui videatur in exilio populorum averso ægroque animo haerere, quasi non fuisset miserendum, qui rigidius & morosius maluisset illos funditus deletos, pro affectu puta illorum, qui in Israele sic animati, qui ob improbitatem optarent funditus deleri urbes, vel optimi alias sed austeriores iusto viri, misericordiae divinae non aequae memores. Ut sunt vel integerrimi parcere nescii, penes quos illud est scelerum odium, ut cum illis autores velint extinctos, penitentiae & gratiae immemores. Et his proinde ingeneranda mens mitior, benignior, clementior, & ad servandum propensior, sicubi penitentia peccatum tollat, sine damni periculo. Potioris ac majoris esse misereri quam perdere, si illud majoris commodi sit.

Illi hæcenus *scrupuli* non tam verbis quam *exemplis indicati*, dum Jonas personam suscepit talium virorum ambigentium. Uti omnia hoc libello symbolica, ita & hæc. Facta & actus loco sermonis aperti. Jonas factis nunciat quid velit, aut quid velint alii. Quomodo & factis facta respondent.

v. 5. Factum miserentis Jonæ ut evadat clarum, ut in omnium possit incurrere oculos, præmittitur factum ipsius, pro rigidorum & immisericordium animo, indignantis de servata aut servanda Samaria. *Egressus Jonas ex urbe, consedit e regione urbis, sibi que ibi paravit tentorium, sub quo consedit in umbra, donec videret, quid fieret de urbe.* Pingitur in facto Jonæ genius fervidiorum, optimorum licet alias virorum, qui existimarent, Samariam, ob idololatriam & improbitatem plane divino judicio subitoque esse perdendam, non mereri salutem, qui id optarent & expectarent anxie, impatientes, zelo intempestivo. Hac cupidine atque expectatione memoratur in visionis idea Jonas, & in illo quisque severiorum, exiisse ex urbe, qui enixe urbem deleri cuperent improbam divina manu. Hoc animi indignabundi motu, & interitum populi expectantis vel & cupientis affectu, Jonas, in quo ceteri, illius persona, tugurium sibi parare visus, in visionis imagine, sub quo umbram caperet usque ad interitus proximi successum & eventum. Trux propemodum animus bonorum virorum vivide effigiatus: Sedem sibi parare & locum, observandi & inspiciendi pereuntem urbem, sine misericordiæ sensu. Qui acerbior justo affectus non tam Jonæ, cui gratiæ spes pro gente in animo, quam aliorum, qui Samaritanæ improbitatis pertassi funditus evertendam putarent eorum rem, pro intempestivo admodum zelo. Tugurium Jonæ symbolum pariter tuguriorum Israelis, quibus usi ante terram Canaan occupatam in deserto, status pristini egeni: Dein & tenuioris fortunæ ante regni formam. Recordatio status prioris ante regni constitutionem.

v. 6. Facto jam tandem rectius edocendus Jonas, illive, qui gratiæ immemores totum corruptum Israellem delendum putarent, pro ænigmatica visione *apparare visus deus, supremum nomen, silicyprium* aut ricinum, mirabili fato. Quæ stirps, caule in sublime assurgens, folia nanciscitur lata & perampla, cujus frons & in *Muntingio*, f. 851. *Assurrexit*, pro visionis admirabili & stupa

penda specie, incrementis subitis, *supra Jonam*, foliis amplis pan-  
 fis, quæ capiti in tuguriolo illo præberent umbram, ut servaretur  
*inimique esset ab æstu injuriis & solis radiis urentibus.*

Hæc planta, quoad omnes circumstantias, in ænigmate viso,  
 effigies urbis Samariæ aut regni Israëlitiçi, Jonas, qui gentis popu-  
 luvæ totius referret personam, tugurium sibi paraverat, Israël-  
 itæ in Canaanæ sedes fixerant. Opus autem habebat tugurium  
 Jonæ foliorum umbra pro tecto contra æstum & ardorem solis:  
 Israëlitiçi gens in regni ambitu contra omnis generis incurfio-  
 nes hostiles opus habebat protectione, quæ in regni metropoli  
 posita. Necessè adeo regni quandam esse sedem tutam, quæ to-  
 tum populum contra omnes adversos insultus tegat & defendat:  
 Qualis in Israele erat Samaria, ad exemplum aliorum regnorum,  
 in quibus metropoles, regiæ sedes, totius regni tutamina ac mu-  
 nimenta. Ricinus in ænigmate hoc, foliis suis peramplis, qui-  
 bus tegetetur Jonas, ut ab æstu solis esset immunis, perquam  
 scita effigies Samariæ, quæ regni metropolis totam tueretur ac de-  
 fenderet gentem, malos bonosque, cives quoscunque.

Quod primum in ænigmatica visione factum statim exce-  
 pit alterum, exultantis Jonæ: *Gavisus Jonas de illo ricino caput pro-*  
*regente contra solis æstum, gaudio impenso.* Pro symbolo gaudii in  
 toto regno de metropoli Samaria, quæ totam gentem pro-  
 tegetet, sub cujus tutamine læti federent regni cives omnes.

Prius factum dei, hoc factum Jonæ. Deus regno dederat  
 pro sede regia Samariam: Regni cives de illa gavisi, illo regimi-  
 ne tuti & tranquilli.

Novum porro factum in symbolica visione: *Apparavit dein*  
*Numen supremum æstum solis vehementem, sub ortum aurora, altero die.*  
 Hoc divina providentia. Pro symbolo & imagine armorum As-  
 syriacorum, quæ divino nutu in Israelem advecta a Sardanapa-  
 lo. Quod bellum in Israelem *instar ardentis solis*, & caput ferien-  
 tis, cum periculo deliquit, in regni subditis. *Aurora ortus*, effi-  
 gies maximæ in regno tranquillitatis, sub Jeroboamo præsertim,  
 qui regno restituerat quæ ab hostibus prius erant erepta: Quæ  
 regni & fatorum erat serenitas admirabilis. *Dies alter*, in ænig-  
 mate, pro visionis symbolicæ intervallo, non diem præcisè sed  
 tempus designat regiminis Israëlitiçi jam tum constituti & diu  
 floren-

florentis. Alius hic dies aliud est regni tempus & fatum a Jero-boami ævo. Illo regni statu bella ingruerunt Assyriaca, æstui so-lis paria, quo exureretur ferme Israel.

Longior ænigmatis series, pro fatorum regni ordine. *Æstus ille percussit ricinum*, stirpem tenerum, folia ampla, ut *exaresceret* caulis cum foliis, flaccescendo ac subsidendo, umbra nulla porro præbenda. Effigies fatorum in bello Assyriaco, regimine quassa-to, Samaria infestata vel & obfessa, quin & expugnata imo dele-ta. Quod flaccescens, succumbens regnum, metropoli everfa, tutamen regno neget. Samaria ab Assyriis bello petita instar rici-ni æstu exhausti & arefcentis.

v. 8. Porro, dum ortus jam sol, diei progressu, apparavit deus & ventum euri urentem. Qui pro ænigmatis scopo belli Samaritanis illati crescens indies furor, hostium violentia per regnum gras-sans, cunctaque consumens. *Qui urens astuansque eurus percussit caput Jonæ*. Belli illius injuriæ affligerunt misere gentem Israelic-ticam, regni cives, quorum capita velut urerentur fervidissimo euro, bonis expilatis. Quo fato *Jonas animo deficere visus*; pro-visionis ænigmate gens animum despondere parata, ad incitas red-acta. Qua afflictione corporis animique, in propinquo deli-quoio, affectus desperabundi: *Optavit Jonas mortem*. Votum po-puli desperabundi in armorum tyrannide, bonis jam per hostem exhaustis, civibus etiam cæsis, captivis, vincetis, alio abreptis. *Di-cebat ergo Jonas, Malo mori quam vivere*. Affectus Israelitarum spem salutis abjicientium in belli turbinibus, armorum injuriis, civium tormentis: Præstare maturum omnium exitium, quam diuturnum cruciatum. Satius esse mox extingui quam diu tor-queri ac macerari, belli furore.

Vividissimæ imagines tum bellorum in Israele, tum calami-tatis publicæ illa tempestate, tum affectus communis desperabun-dorum præ armorum injuriis. In quibus omnibus præcipuum momentum *affectus commiserationis in Jona erga ricinum æstu mar-cescentem & labantem atque exarescentem*. Gavisus Jonas impensissi-me ricino vegeto, umbramque præbente: Sed & doluit acerbissi-me ricino spirante. Hæc Jonæ sensu proprio, atque judicio irrefragabili. Misertus sic Jonas ricini pereuntis. Misertus & sui ipsius usque ex ricini aridi defectu. Qui Samaria pereunte re-gni status.

v. 9. Hæc facta, fatorum in Israele symbola & Samariæ imagines, apta nata ad convincendum Jonam, eosve qui funditus deleri Samariam optarent, non servari, qui misereri nescirent, ubi gratiæ locus esse debuerat. Pro hujus itaque applicationis luce *Quærit Deus ex Jona*, in visione, *Num recte indignaris de ricino* pereunte? Num juste doles, ricinum perire, qui umbram tibi præbuerat? Quæ erat obliqua primum reprehensio & convictio Jonæ, propter intempestivam & immitem cupidinem Samariæ penitus delendæ, qui ex suo exemplo possit judicare idem de Samaria peritura aut pereunte, ubi multo majori sit opus misericordia. Ut igitur hæc convictio extorqueat ex Jona confessionem suæ commiserationis erga Samariam delendam, aperte promittitur ad quæstionem dei responsio Jonæ: *Omnino valde indignor, usque ad mortem*, doleo vehementissime ricinum periisse, a cujus interitu potior mors vita residua calamitosissima. Quæ ingenua doloris sui adeoque miserentis affectus declaratio luculentissimum documentum, ipsorummet conscientia teste: Miserendum esse urbium pereuntium ipsiusque Samariæ extinguenda.

v. 10. Ex quo, pro uberrima longi ænigmatis in visione ob-  
vii explicatione, sequitur justæ apud deum misericordiæ erga Samariam apologia in ultimo oraculo divino, cum reprehensione immitis Jonæ, aut immitium virorum, etiam optimorum in Israele, qui nesciant misereri Samariæ perituræ. *Dixit Deus ad Jonam*, pro visionis fine: *Te miseret ricini, quem non parasti, quem non exulisti, qui*, pro visionis admirabili symbolo, *una nocte crevit, altera periit*. Pro symbolo Samariæ, quam in regno condidisset deus, extulisset & ad gloriam regni evexisset: Si subito periret; quæ, ut ricinus, velut una nocte, brevi temporum aut annorum cursu elapso crevisset, & subito iterum evanesceret, si Samaria, quæ nuper demum a deo in regni fastigium evehcta esset, in regni totius tutamen & præsidium, tam subito iterum hostes deleteretur, Digna hæc esse commiseratione maxima, contra illorum opinionem, qui ob Samariæ corruptionem illam funditam everfam cuperent, præ zeli intemperie. Hæc convictio conscientiæ Jonæ, ceterorumve quorum personam sustineat Jonas, misericordiæ divinæ omnino locum esse in regni Israelitici metropoli per hostes vastanda.



v. ii. Expresse postremo, in visionis luce, suam tuetur deus gratiam & tenerimam commiserationem erga Samariam ab interitu conservandam, nec illo statim tempore, ubi spes emendationis ulla superfit, delendam: Egone vero non parcam Nino, urbi magnæ, in qua sunt ultra duo myriades hominum, qui nesciunt distinguere *dextram & sinistram, pecudum quoque multæ*? Quæ est fortis affirmatio justissimæ divinæ misericordiæ erga Israelitici regni sedem, Samariam, non tam propere per hostes delendam. Rationes additæ divinæ gratiæ & commiserationis; partim quod multæ myriades hominum, ibi in Nino, pro visionis effigie, hic in regno Samariæ pro scopo, existant, *qui veri falsique, recti & iniqui nullum norint discrimen. Hominis character, pro prophetarum ore, gentis Israelitarum index, qui rectiori puriorique doctrina imbuti aut imbuendi, ut homines, sana mente præditos, se gerere sciant & velint. Horum, hominum, sive Israelitarum, tristem fortunam subindicat oraculum, plerosque, multas nempe myriadas, carere cognitione hominibus digna, qua inter verum & falsum, justum & pravum distinguant, qui nesciant idololatricam a vero dei cultu distinguere, virtutem a vitio: Numerosissimam Samariæ plebem carere institutione, nescire se esse homines, nec gerere se ut homines, præ neglectu docentium. Bruti aut pecudis nomen insigne gentium, extra Israelis castra & disciplinam, quorum mens & vita a deo remota, ab hominum sorte aliena, a veritatis & virtutum usu prorsus exclusæ. Utriusque generis, hominum non institutorum, & pecudum, Israelitarum & gentium, prægrandem in urbe sive ditione esse numerum, quorum oporteat misereri, cum intereundum illis esset infontibus. Quæ justæ commiserationis rationes probæ institutionis neglectæ miseriam in populo demonstrant, dignam veniam & tenero commiserationis affectu.*

Qui anigmatis & visionis symbolicæ epilogus, totius libri scopus, argumentum dulcissimum, intima prophetarum viscera: Invitum deum trahi ad hominum perniciem, parcere & condonare; emendationem sperare & expectare dei esse, ejusdemque imperitiæ plebejæ misereri, penitentibus remittere, servare, erigere, tueri, in spem veritatis agnoscendæ & virtutis exercendæ. Summa harum rerum: Regiminis divini pectus esse mite, clemens,

mens, benignum, misericordia & gratia plenum, in spem emendationis. Dei non esse subvertere & perdere cœtum, gentem, societatem, nisi ubi spes corrigendi genii prorsus expiraverit, & extrema malitia obtinuerit. Inclementiam & sævitiam intempetivam, perdendi & extinguendi imperum, non dei esse, nec regimini conducere, nec virtutem promovere, aut publica comoda parare, sed homines adigere in extrema consilia, societati exitiosa, quæ citius rem communem subruant, quæ stare potuisset, quam hostilis manus, aut dei voluntas. Regiminis benignitatem vim habere animos quorumcunque sibi devinciendi, obsequium parandi, veritatem agnoscendi, virtutem colendi, publicam salutem lato pectore per singulos aut aptos promovendi.

Qua doctrina in Israele quam maxime opus erat, cum populus, male inter idola imbutus, imperitia vagus, ab hostibus impetitus, bellis exhauriretur, in exilia pertraheretur, duræ servituti mancipatus, sine salutis liberatisque spe apparente, cum totius regni extinguendi sine. Hic inquam opus erat gratiæ & misericordiæ divinæ demonstratione, quæ animos erigeret, ac a furore retineret, in spem fortunæ melioris: Quoniam divinæ benevolentia aut propensionis sensus aptior ad omnem devotionem parandam, quam vel minarum, suppliciorum, exterminationum trucissima exempla, cum omni sanguine fuso, cinerumque montibus, quæ animos hominum non mutant, sed exasperent. Gratiæ regiminis, humani non magis ac divini, vincula devotionis promptissimæ, quæ præ gaudii sensu exosculentur & complectatur, velut pedes, manus, pectus, voluntatem æqui clementisque imperantis.

Scr. d. V. Julii A. M. DCCXIX.

*Anno et die seculari, quando A. 1519. d. 5. Julii, in arce Lipsiensi, in publico Principum & magnatum confesso, de summi Pontificis autoritate, inter Eccium & Lutherum acriter est disputatum,*

99 A 6985

ULB Halle  
002 823 829


3



Retro ✓







# ÆNIGMATA JONÆ

Ex vetusto hebraicorum  
fontium stylo

Et profundis ultimæ antiquitatis  
recessibus,

In secularem Reuchlini, Erasmi, & Melanchthonis  
memoriam,

Qui A. M. D. XIX. pro veteris & novi testamenti fontibus  
illustrandis primi magna contentione  
laborarunt,

A. M. DCC. XIX. mense Junio

*In Academia Julia*

publica recensione tentata

*Ab*

**HERMANNO von der Hardt/**

Academiæ Juliæ Seniore

& Præf. Mariæb.

---

*Helmstadt,*

Typis SALOMONIS SCHNORRII.

A. MDCCXIX.